† In nomine domini decimosexto anno principatus domni nostri guaimari glorioso principe, filii quondam domni guaimari principis, mense aprelis, secunda indictione. Ideoque ego mansu de paternum filius quondam lioprandi, Sicut mihi congruum est, mea volunctatem per hanc Cartulam ante subscripti testes venumdedi atque at semper abendum confirmo tibi iohanni presbitero filio idem iohanni presbiteri parentes et consortes meos tota et inclita una pecia de terra cum quertietum sursum in monte a supradicto locum paternum, ubi maimanu dicitur, per as fines et mensuras: de pede a parte occidentis fine nostraque iohanni presbiteri et de consortes nostri, inde sunt passi decem et nobe; a septemtrione fine de consortes nostri, inde sunt passi quadraginta hocto: de super similiter fine de consortes nostri, inde sunt passi quindecim, descendentem a pars meridie usque priora fine, inde sunt passi quinquaginta quadtuor, totum mensuratum ad iusto passum ominis: predicta pecia de terra per iamdicte finis et mensurie tota et inclita cum omnia infra se abentibus et suis pertinentiis, et cum vice de via sua, illut tivi predicto iohanni presbiteri venumdedit, at securiter et firmiter amodo et semper tu predictus iohannes presbiter et tuis eredibus illut abendum, et faciendum inde omnia quod volueritis, absque omni contrarietate mea et de meis eredibus. Et pro confirmandam et staviliscendam hanc suprascripta mea vindictione nunc a presentis subscepit ego a te statutum pretium, i sunt

aurei tari quinque et medium in omnis deliberatione, sicut inter nos conbenit: finitoque pretium ipsum aput nos ea ratione, ego supradictus mansus per convenientia guadia tibi predicti iohanni presbiteri dedit, et mediatorem tibi posuit landus de predicto locum filius quondam iohanni amati; et per ipsa guadia obligo me et meis eredibus amodo et semper defensandum tibi tuique eredibus tota et inclita suprascripta mea vindictione da illis ominibus et partibus, cui per me illut datum aut obligatum, vel per qualecumque ratione alienatum paruerit, vel qui pro nostris partibus et datum inde vobis vestrisque eredibus emiserint aut preposuerint quodcumque causationes. De alii vero hominibus et partibus *etc. Statuta mulcta decem auri solidorum Constantini.* Et taliter scribere rogavimus te petrus presbiter et notarius. Actum aput—monte.

† Ego mirandus

† Ego ioannes.

DCCCLXXII.

A. D. 1034.

† In nomine domini sextodecimo hanno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, filii quondam domni guaimari principis, mense magius, secunda indictione. Ideoque ego dilectus clericus filius quondam iaquinti de locum balnearia hactum de mitiliano clarefacio, quoniam a pars supradicti iaquinti genitori meo michi est pertinentes abere rebus in locum balnearia; Et Ideo, sicut mihi congruum est, vona etenim mea voluntate per an chartulam ante idoneis ominibus testes venumdedit tivi sesami filio domnelli de ex eodem locum balnearia una pecia de terra mea cum arbustis vitatis de predicto locum balnearia, que est in pede de montecellum da sanctum archangelum per as finis et mensuriis: a pars meridie fine bia que mergit ad ipso montecellum da sanctum archangelum, sunt inde passi decem et nobe et medium passum: a pars occidentis fine, sicut ipsa via descendit, sunt inde passi viginti octo et medium: de pede a pars septemtrionis, sicut limite et poiu discernit, inde sunt passi viginti tres et gubito unum: a pars orientis fine de consortibus nostris, inde sunt passi usque ad ipsa via priora fine biginti octo et gubito unum, totum ad iusto passum homini est mensuratum; hec vero clausum, qualiter superius finis posite sunt et mensurie, cum omnia intro se abentibus homnibusque suis pertinentiis, et cum vice de via sua, tota et inclita per ipsa iamdicta mensuria illut tivi

qui supra sesami venumdedit, unde nullam michi aut sortione de ipsi germani mei, vel in quabis partibus nullam exinde rexstitit, aut dicimus exinde remanere sortione; set, sicut diximus, totum et inclitum illut tivi predicto sesami venumdedit, ad securiter et firmiter amodo et semper omni tempore tu tuique eredibus illut eos abendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum quod volueritis, asque homnis contrarietate mea et de meis heredibus, aut cuiquam hominibus vel requisitionibus. Unde pro confirmanda et staviliscenda anc mea vinditione a presentis recepi a te exinde tridecim auri tari boni in omnis deliveratione, sicut inter nobis conbenit; finitoque vero pretium ipsum aput nos ea ratione, de qua ego supradictus dilectus clericus vona mea voluntate guadia tivi predicto sesami dedit, et mediatore tivi posuit dilectus filius quondam iaquinti de locum mascianum; et per ipsa guadia *etc. Statuta mulcta triginta auri solidorum Constantini.* quam te iohannes notarius scribere rogavimus, hactum mitiliano.

† Ego leo

† Ego Iohannes.

DCCCLXXIII.

A. D. 1034.

† In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri Guaimarii gloriosi principis, filii quondam domni guaimarii principis, mense magius, secunda indictione. Memoratorium factu a me truppoaldus abbas ecclesie sancte marie, que sita est intus anc salernitanam civitatem et pertinet ipsa ecclesia de eredes quondam domni iohanni olim principis, Eo quod ante presentia ademari comiti et iudici per combenientiam tradidi iannaci molinatori filio (*deest nomen*) unum molinum pertinentem ipsius ecclesie qui edificatum est in flubio lirino. Ideo inclitum ipsum molinum cum redito suo, et cum mole et ferraturiis, et arcaturiis et trasita et exita sua, et cum omni hordine et regimen, seu pertinentiam de ipsum molinum, qualiter perfecte macinare possit, et sicut illut tenuerunt alii molinatori, sic in integrum illut eidem iannaci tradidi cum vice de bia sua, tali hordinem, ut amodo et usque unum annum conpletum eius sit potestatis illut tenendum et dominandum, et omnis sue utilitatis ibi faciendum iusta rationem, et molinum ipsum conciare et facere illum macinare die noctuque, sicut ei placuerit; et quicquit prodem et mo-

lituram inde tollere potuerit usque conpletum ipsum constitutum, totum illut sivi haberet, tantum pro censum exinde dare nobis, vel ad missum nostrum, seu im pars ipsius ecclesie, pro isto mense magio quinque modiola de granum, et pro isto mense iunio prius venturo dare nobis alio similiter quinque modiola de granum bonum, quale intraberit ad ipsum molinum ad modiolum domnicum culma mensurata, et iam a kalendas iulias in antea usque ipsum annum conpletum, si salierit ipso granum, ut divitia siad, dare nobis per omnis mense septem modiola de granum, et si non salierit ipso granum, dare nobis per omnis mense usque ipso constitutum ana sex modiola de granum per mensem, quale intraberit ad ipso molinum ad predictum modiolum domnicum culma mensurata; et si infra ipso constitutum necessum ibi fuerit mole, seu canale, vel voccale ad ipsum molinum, nos vel partibus ipsius ecclesie illut eis ibique dare faciamus, et pro alium reditum ibi faciendum dedimus ei unum aureum tari pro adiutorium; et si plena maiore de inundatio plubiarum descenderit, qui disrunpad et obruat ipsa arcatura vel ipso molinum, nos vel partibus ipsius ecclesie stetimus per omnes vices illut facere conciare et ille manibus suis adiubet ibi ad conciandum, sicut melius potuerit; et si operas perdiderit ipsum molinum pro ipsa ructura de ipsa plena, nobis illut imputemus; et, si quid absit, gente venerit super anc civitatem qui impediad, ut non macinet ipsum molinum, tunc quantum opera perdiderit pro ipsa gentem, nobis illut imputemus, et stetimus nos, seu pars ipsius ecclesie, inclita ipsa traditione ei defensandum amodo et usque unum annum conpletum ab omnis homines omnique partibus: ad conpletum ipsum constitutum inclitum ipsum molinum cum mole et ferraturia, et cum omni ordine et regimen seu pertinentia sua, qualiter perfecte macinare possad, et cum ipsa redita salba, sicut meruerit, remittad ad potestate mea vel de pars ipsius ecclesie, et licead illum et omines quos ibi miserit, inde exire cum omni illorum mobilia, et pergat ubi voluerint. Unde in eo hordine per conbenientiam guadia mihi dedit ipse iannaci, et mediatorem mihi posuit seipsum et iohannes presbiter filius rosate, ut si taliter omnia suprascripta per supradicto hordine ipse iannaci nobis non adimpleberit et aliquit inde contradixerint, vel per ipsa guadia componere obligavit se ipse innaci et suos eredes mihi nominato truppoaldi abbati, vel im pars ipsius aecclesie, biginti auri solidi costantini. Quod scripsi ego mirandus notarius qui interfui.

† Ego qui supra ademari iudex.

DCCCLXXIV.

A. D. 1034.

† In nomine domini sestodecimo anno principatus domni nostri waimari gloriosi principis, filii quondam domni waimari principis, mense iulius, secunda indictione. In sacro salernitano palatio ante me iohannes iudex causabit domnus adelferi clericus et abbas hecclesie sancti maxsimi, una cum ipse domnus abbas esset amatus iudex adbocator ipsius ecclesie, cum disiio de propiciano filio quondam corbi, dicendum ei, ut ipse disiio malo ordine introisse in rebus pertinente ipsius ecclesie in locum qui dicitur agellu, et in sanctum martinu et per finis et bocabula de ipsis locis et . . . . fęcisse, et arbori inde abscidisse, et frudium inde tulisse, et ipsa rebus ad pars iamdicte ecclesie contrasse: ipse disiio dixit, in predictis locis et per finis et bocabula de ipsis locis plures rebus abere, set nescire, de quale ipse domnus abbas cum eum causarent. Ego iamdictus iudex inter eis iudicabi et ipse domnus abbas una cum ipso adbocatorem cum ipso disiio guadiare feci, ud pars ipsius ecclesie pariter cum ipso disiio super ipsa rebus pergere cum iudicem et notarium, et pars ipsius ecclesie monstraret ipsius disigi ipsa rebus, unde superius ipse domnus abbas cum eo causabi, et pars predicte ecclesie plicarent se cum rationes pertinentem iamdicte ecclesie et . . . . plicarent se cum suis rationibus et secundum legem inter se inde finem facerent. Unde . . . . una cum predictum adbocatorem posui mediatorem grimoaldus comes filius quondam amiczi et ipse . . . . posui mediatorem amore filio quondam balsami, et taliter pro parte predicte ecclesie scribere fecimus te alderissi notarium.

† Ego qui supra iohannes iudex.

DCCLXXV.

A. D. 1034.

† In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosus princeps filius quondam domni guaimari principis, mense agustu, secunda indictione. In salernitano sacro palatio ante me iohanni iudicem et alios idoneos homines coniuntus est dom-

nus truppoaldus scriba palatii et venerabilis abbas ecclesie sancte marie pertinentem supradicti domni guaimarii principis et de germani eius et de eredibus iohanni comiti, et una cum eo adera ademarius notarius adbocator eiusdem ecclesie, cum basilio filio sergi, et per ipsum abbatem ostensum est unum brebem continentem: In nomine domini quartodecimo anno principatus domni nostri guaimari glorioso principis, mense februarius, quintadecima indictione. Memoratorium factu a me truppoaldus dei gratia abbas et scriba palatii ecclesie sancte marie pertinentem supradicto domni principi et de germani sui et iohannes comes thio illorum, eo quod ante subscripti testes una mecum adesset iohannes notarius adbocator ipsius ecclesie per combenientia tradidit basili filio quondam sergi terra cum casa lingnitia terranea cum muro fravitum, qui est a pars orientis in quo pars ipsius ecclesie furnum abet intus hec civitatem a super et coniuntum ad bia que ducit a super ipsa ecclesia, et est terra ipsa per hec finis et mensurias: a parte meridie fine ipsa bia, inde sunt pedes triginta quadtuor: a pars orientis fine ipsius ecclesie, inde sunt pedes biginti tres: a parte septemtrionis fine facie de muro betere supranum qui fuit predicte civitatis, inde pedes triginta duo usque ad facie de turre vetere que ibidem est coiunta cum ipso muro, et abinde rebolbente et descendente iusta facie de turre ipsa et descendentem per fine ipsius ecclesie usque in ipsa bia, et sunt per tota ista parte pedes biginti unum et summisse mensuratum ad iusto pede manum homini: supradicta terra cum casa per ipsa mensuria ipsius basili tradidit cum vice de ipsa bia in tali ordine, ut amodo et usque biginti nobem anni conpleti ad suam et de suis eredibus esset potestatem illut tenendum et fovee et omnis sue utilitatis iusta ratione ibi facere, et iusta ipsa bia quam et iusto ipso muro mittere debeatis fundamenta de parieti ad petre et calce et arena, sicut meruerit usque facie de terra et in altum, quantum meruerit fundamenta de casa; sic tamen ut ipso pariete iusta ipsa bia beniant factum longitudo ipsi triginta quadtuor pedes et da completa ipsa mensuria in parte occidentis pedes quinque, quod pars ipsius ecclesie ad sua reserbavit potestatem et iusta ipsa turre pedes alii quinque et per longitudo pedes alii nobem, ut diximus in tota ipsa mensuria que hei tradidit quam et in illut a foras ipsa mensuria in parte occidentis per ipsa halia mensuria, quod ego reserbavit ad mea potestatem, faciatis et mittere debeatis fundamenta, sicut meruerit, et da conpleta ipsa fundamenta ha parte meridie faciatis tres pilas de due facie beniant facte ana pedes quadtuor de latitudo et de alie due facie beniant ana pedes duo et iusta pila qui de antea ibidem facta fuit, qui est iusta ipsa bia in parte orientis in cantone de ipsa casa adiungere debeatis ad ipsa pila vetere da parte occidentis pariete de latitudo pedes duo in omni facie, et da parte septemtrionis similiter facere debeatis quadtuor pile fravite grosse, sicut

et ipse alie pile que facere debeatis a parte meridie , sicut supradictum est. Et in tote ipse pile boluere et facere debeatis arcora iusta ratione, sicut meruerit, et parieti usque ad astracum de unum solarium, ut beniant in illa et in illa parte ipse pile cum ipsa harcora et parietem da terra in sursum usque ad ipso solarium palmos quadtuordecim ad iusto pedem et ad iusto palmum homini. Et in ipso solarium ponatis traves bonos, quanti meruerit, et astracatore bone, sicut meruerit, ibidem ponatis, et astracum ad petre et calce et arenam ibidem iactare debeatis et bactere et precurare bonum, sicut meruerit, et ab inde in supra in tota supradicta mensuria quam in illut ei tradidit, quam et in illut quod mihi reserbavit, faciatis casa had lingnamina bona, sicut meruerit, circoitum clusa, sicut meruerit, et cohoperta bona, et illut quod ipsius basili tradidit, cludere debeatis illut per medium, tam suptus ipso astracum quam et super usque ad tectum bonum, sicut meruerit, et regias, ubi meruerit, super et supter faciatis et ponatis, sicut meruerit, et in ipsa via coniuntum ad ipso pariete ponatis scale lingnitie bone, sicut meruerit, et mineaneum faciatis a parte meridie super ipsa bia de latitudo pedes tres et per longitudo, quantum retinet tota supradicta mensuria qui est erga ipsa bia, et da parte occidentis inter illut quod ei tradidit et in illut quod mihi reserbavit; cludatis, sicut meruerit: hec omnia quantum supradiximus, abeatis factum et expletum amodo et per totum mense agusto prius benientem et dividatis illam per medietatem. Et prius ego vel pars ipsius ecclesie tollant quale medietatem de ipsa casa boluerit, faciendum que boluerimus, et ipsius basili vel ad eius eredes tradamus in sorte ipsa halia medietatem de ipsa casa super et supter, ad tenendum illut ipse basili et eius eredes da ipso mense agusto in antea usque conpleti ipsi biginti nobem anni ibidem residendum et avitandum, et ad residendum illut detis cui bolueritis, et vestre utilitatis ibi faciatis iusta ratione, et in ipsa bia liceat vos aqua iactare iusta ratione, sicut meruerit; ad conpleti ipsi biginti nobem anni liceat illis et homines que ibi miseritis, inde exire cum omnis sua causa movilia que intus ipsa casa habueritis. Et ipsa casa clusa cohoperta reverta ad potestatem ipsius ecclesie; de qua per combenientia guadia mihi ipse basili dedi et mediatore mihi posuit costantinus atrianense filius quondam ursi caccabelli ; et per ipsa guadia obligavit se et suos eredes, ut si taliter omnia suprascripta in supradicta ratione mihi vel in pars ipsius ecclesie non adimpleverit et aliquit inde contradixerit, per combenientia componere obligavit se ipse basili et suos eredes mihi vel in pars ipsius ecclesie quinquaginta auri solidos constantinos, et hunc brebem scripsi ego smaracdus notarius. Ego alderissi notarius me subscripsi. ego ademari notarius me subscripsi. Et cum ipso brebem fuit lectum, querebat ipse abbas, ut ipse basilius dividere iamdicta terra et casa et daret exinde medietate ipsi abbati eo modo con-

ciata, sicut ipso brebem continebat. ipse iamdictu basilius manifestavi, se nequiqua talia facere possant, eo quod non abebat iamdicta casa ita conciata, sicut ipsum brebem continebat, et probulutum pedibus suprascripti abbatis postulabat, ut remictere ad potestate ipsius abbatis ipsa iamdicta terra et casa et admictere omne expendium quod in ipsa casa dederat, et bolebat remictere brebem quod a parte ipsius abbatis de suprascripta terra cum casa firmatum abebat ; set ipse abbas misericordia motus talia facere recusavit et dixit, ut si combenire ipsi basilio, daret ei ipse abbas auri solidos triginta unum ana quadtuor auri tari boni per solidos et recipere iamdictam casam cum ipso brebem. quo audito, ipso basilius nimium gavisus est et sua bolumtate dixit se talia facere : etiam et ego iamdictus iudex interrogavi ipsum basilium, ne forte aliquam violentiam hab ipso abbate pateretur ; ipse basilius respondit mihi : de me nullam patio violentia, set mea bolumtatem talia facere cupio , eo quod ipsi solidi valde necessarii sunt mihi et melius lucrum aviturus sum de ipsi solidi. Qua de supradicta casa et ibique presens taliter ante me et alios idoneos homines per combenientia remisit ad potestatem ipsius abbatis supradictum brebem, quod a parte ipsius de iamdicta terra cum casa firmatum abebat, et iamdicta terra cum casa had faciendum exinde ipse abbas et pars ipsius ecclesie quod boluerit; et obligavit se ipse basilius et suos eredes omni tempore defendere ipsum abbate a parte iamdicte ecclesie ab omnibus hominibus et partibus, qui pro parte et datum ipsius basilii ad ipsum abbati vel ad parte iamdicte ecclesie de suprascripta terra cum casa et de suprascripto brebem preposuerit aliqua causationes. Et pro omnibus suprascripti adimplendis per combenientia ipse basilius guadia ipsi abbati dedi, una cum eo esset ipse adbocator, et fidemiussorem ei posuit maraldus filius accepti , et per eande guadia obligavit se ipse basili et suos eredes, ut si de omnibus suprascriptis aliqit removere aut contradicere presumserit et omnia, sicut suprascriptum est, non adimpleverint ipsi abbati vel parte predicte ecclesie componere ipsi abbati vel parte iamdicte ecclesie trecentos auri solidos constantinos, et taliter pro parte ipsius ecclesie scripsi ego superius dictus ademari notarius.

† Ego qui supra iohannes iudex

† Ego iohannes notarius me subscripsi

† Ego ademari notarius me subscripsi.

DCCCLXXVI.

A. D. 1034.

† σηγνος χηρος λεα μοναχη θυγατερα του λιανδρου.

† σηγνος χειρος νηκολαου ἀνηψιου αυτης. απο του κασανου. πορταριτης. τοῦ εν μακαρια τη μνημη. Ἐν ονοματι τοῦ πατρος καὶ του υιοῦ· καὶ τοῦ ἁγίου πνευματος. οἱμοια οι προγεγραμμενοι τους τιμιους καὶ ζοποιους σταυρους. ο τε λεα μοναχη θυγατερα του επονομαζομενου λιανδρου. καὶ νικολαος ἀνιψιος αυτης. απο του κασανου. του επονομαζομενου πορταριτου. οιδιον χειρον ποιησαντες. εποιδι καὶ οἱ πνευματικη νομοι ακολουθοντας στασιν αταραχον. καὶ ανεπερεαστον διαφυλαγτειν οφιλομεν καὶ πασιν τα αυτης συντηρησιν ω σηνκρατουσαν. καὶ περιεπουσαν τα ημετερα. καὶ πολλη επισπωμενη την ἀπο του θεῖου ροπην τε καὶ ευμενηαν ἧς ἡμας. ἐπηδηπερ καὶ εἰμῆς οἱ προρηθεντες ο τε λια μοναχη καὶ νικολαος ανηψιος αυτης· φενωμεθα αφιερονvοντα τα Χωραφια τα απερ καὶ ἐχομεν απανου του αππιου του επονομαζομενου λιανδρου. ἐν το πανσεπτο ναο τοῦ ἁγιου μεγαλομαρτυρος θεοδορευ. καὶ του ευλαυεστατου ἡγουμενου θεοδορου μονης του ζοσημου. αφιερονvομεν αυτη. οσα ἦσιν ἡδιας μάς υουλη ειδια προερεσει. ειχια γνομοι. ουχ εκ τινος το παραπαν αναγκη. εἰ τε δολου ει φακτου αγνεια ραδιουργια. ουτε δια Χρεος ουτε δια τιποτε αναγκη. αλλ υπερ λυτρου καὶ ἀφεσεος αμαρτιον τὸν γονεον μᾶς. καὶ υπερ τους προλεχθεντας υιους. καὶ υπερ τας ημετερας ψυχας. ἦσιν. δε τα σινορα τον αυτον χοραφιον. ος καταυεννη ἡ πριονια. καὶ ἀπανδιδι ὁπου σμηγη εἰ

† Signum manus Helenae monialis filiae Leandri.

† Signum manus Nicolai eius consobrini Casanensis filii Portaritae beatae memoriae. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos suprascripti Helena monialis filia praenominati Leandri et Nicolaus eius consobrinus Casanensis filius cognominati Portaritae, propriis manibus signa sanctae et vivificae crucis exaravimus. Quoniam spiritualibus legibus obtemperantes ecclesiae statum ab omni molestia et vexatione immunem praestare debemus, et omnia, quae ad eam pertinent, conservare, quod ipsa nostras res foveat atque complectatur, et multam Dei misericordiam atque clementiam nobis conciliet: et quoniam nos supradicti Helena monialis filia Leandri et Nicolaus eius consobrinus declaramus offerre territoria, quae habemus supra Appium, venerabili ecclesie sancti magni martyris Theodori, et Theodoro piissimo hegumeno monasterii de Losimo; offerimus ipsa de propria nostra sententia et consilio et libera voluntate, nulla omnino necessitate compulsi, neque dolo, nec facti ignorantia, aut mala fide, neque propter debitum, nulla demum necessitate coacti, sed pro redemptione et remissione peccatorum nostrorum parentum, et pro supradictis eorum filiis, et pro animabus nostris. Fines autem eorumdem territorium

στρατα της φιχαρομας κατα ανατολας. καὶ ὀς καταυεννη κατα ἀκτρου εις του ρουακει. σηνορη της τοῦ μαλια. κατα μεσυμυρια δὲ. καταυεννη ξηρορουακη καὶ αποδιδι εἰς το ξηροποταμο. του εχειν αυτα εξουσιαν πολην Χαριζη. ος λαυοντος το κυρος καὶ την δεσποτειαν παρ εμᾶς. ἑαν δε ποτε καὶρο φανομεν εἰμεῖς ει τε ειδιος μᾶς ει τε υιος μᾶς. καταζειτοτα υπερ τα τιαυτα χοραφια. καὶ ενοχλουντα τον ευλαυεστατον θεοδορον. υνα παρεχουσιν εις το διμοσιον ἐν λογο προστιμου νομισματα λ' καὶ εἰθ ουτο εινα κληρονομησουν το ἀναθεμα καὶ το καταθεμα καὶ το μερος το λεγοντων αρον αρον σταύροσον. καὶ ειθ ουτος στεργειν καὶ εμμενη την παρουσαν αφεἰεροσιν. εν παρουσια τον παρευρεθεντον μαρτυρων † ιωαννης τῆς κουρζαλεας μαρτυρ υπεσιμανα † ιωαννης υιος του κανδιδου του ξενου μαρτυρ υπεσιμανα † νηκηφορος του ταυρολεο μαρτυρ υπεσιμανα † ιωαννης του σινεσι απο το ροσκινου μαρτυρ υπεσιμανα † υεἰνταλιος μοναχος του υονομιναι μαρτυρ υπεσιμανα. γραφεν δια χειρος θεοδορου ιερεος. μονης του ζοσιμου. ετους ‚ςφμβ'. ινδικτιωνος. β'. † κονσταντινος πρεσυυτερος του σκανδαλου μαρτυρ υπεσημανα † κονσταντινος ηος ιωαννου της κουρζαλιας μαρτυρ υπεσημανα.

sunt: ut descendit serra et pervenit ubi iungitur via Ficaromae ad orientem, et ut descendit ad septentrionem usque ad rivulum, ubi sunt fines Maliae; ad meridiem vero descendit parvus torrens et pervenit ad magnum torrentem. Ut facultatem habeat praedicta territoria vendendi, donandi, utpote qui dominium et potestatem a nobis accepit. Si vero aliquando contigerit, ut sive nos ipsi, sive filii nostri litem intendere de huiusmodi territoriis, et molestiam afferre praesumpserimus piissimo Theodoro, solvere debeamus poenae nomine publico Fisco solidos triginta, et nihilominus pro hereditate habeamus execrationem et maledictionem, et partem cum illis qui dixerunt: Tolle tolle, crucifige; verumtamen rata deinceps et firma remaneat praesens oblatio facta coram testibus qui interfuerunt. † Ioannes de Curzalea testis subsignavi. † Ioannes filius Candidi hospitis testis subsignavi. † Nicephorus de Tauroleo testis subsignavi. † Ioannes filius Sinesii Roscinensis testis subsignavi. † Vitalis monachus de Bonohomine testis subsignavi. Scriptum manu Theodori sacerdotis monasterii de Zosimo, anno 6542, indictione II. † Constantinus presbyter filius Scandali testis subsignavi. † Constantinus filius Ioannis de Curzalea testis subsignavi.

DCCCXXVII.

A. D. 1034.

† In nomine domini dei salvatoris ihesu christi imperante domno michael magno imperatore hanno primo, die vigesima prima mensis septemvri, indictione tertia, neapoli. Certum est nos lamberto et adenolfo uterinis germanis filiis quondam domni iohanni de domno lamverto a presenti die promtissima volumtate venumdedimus et tradidimus tivi sergio presbitero de fiso nostro filio quondam landolfi de fisi nostri, Idest integra portione et pertinentia absenti iohanni uterini germani tui defisi nostri ex integras terras posita in loco qui nominatur patrurchanum una cum harboribus et introitus suos et omnibusque sivi pertinentibus, quas in simul nobis cecidit pro devitum quas suprascripto habsens iohanne germano tuo defiso nostro novis debuit, et ipse fuga lapsus est de ista civitatem. De quibus nihil vovis exinde aliquod remansit haud reservavimus, nec in aliena cuiusque personas, quod absit, comisimus haud iam commictimus potestatem; set ha nunc et deinceps ha novis tivi sit venumdatum et traditum in tua tuique heredibus sit potestatem, quicquit exinde facere volueritis, semper in omnibus liberam habeatis potestatem, et neque ha novis suprascriptis lamberto et adenolfo uterinis germanis, neque ha nostris heredibus, nec a nobis personas summissam nullo tempore numquam tu suprascripto sergio presbitero defiso nostro, aut heredibus seu reliquentibus tuis, quod absit, habeatis exinde aliquando quacumque requisitione haud molestiam, per nullum modum nullamque hadimventa ratione, nec per summissam personas ha nunc et imperpetuis temporibus. Insuper et av omnis omines omnique personas homni tempore nos et heredes nostris tivi tuique heredibus seu reliquentibus exinde in omnibus hantestare et defensare debeamus; pro eo quod accepimus ha te exinde impresentis in omnem decisione seu deliveratione, idest auri tari quinque, sicut inter nobis vone volumtatis comvenit. Hactamen et stetit, et promictimus adque firmamus tivi, ut quandoque tivi tuique heredibus seu reliquentibus placuerit ipsas terras vestras dare per quovis modum, vestre sint potestatis et nullam requisitione haud contrarietatem exinde habeatis tu, aud tuis heredibus seu reliquentibus, haud persona illa cui per nos datum fuerit per nullum modum nullamque hadinbentam ratione nec per summissam personas imperpetuis temporibus; si autem nos haud nostris heredibus quovis tempore contra hanc chartulam, ut super legitur, venire presnmserimus et in aliquit hoffensis fuerimus per quobis modum aud summissam personas, tunc componimus tivi tuique heredibus

seu reliquentibus hauri solidos tres vytianteos, et ec chartula, ut super legitur, sit firma scripta per manus sergii scriptoris filio domni Iohanni curialis per suprascripta Indictione.

† Hoc signum manus suprascripti lamberti et suprascripti hadenolfi quod ego qui suprascriptos hab eis rogatus pro eis subscripsi et suprascripti tari confessus percepisse.

† Ego iohannes filius domni sergii testi subscripsi et suprascripti tari confessi percepisse †

† Ego sotius curialis testis subscripsi et suprascripti tari confessus percepisse †

† Ego sergius curialis testis subscripsi et suprascripti tari confessus percepisse

† Ego iohannes curialis post subscriptionem suprascripti sergii filii mei et rovorationem suprascriptorum testium complevi et absolvi per suprascripta tertia indictione.

DCCCLXXVIII.

A. D. 1034.

† In nomine domini sebtimodecimo anno principatus domni nostri guaimari glorioso principe, mense octuber, tertia indictione. Memoratorium factum a me iaquintus diaconus et primicerius filius gaudiosi, eo quod ante presentia maioni presbiteri et abbati ecclesie sancti maximi qui situm est intus anc salernitana civitate, et ibique esset petrus comes qui est adbocator et unum de dominii ipsius ecclesie, et esset alii subscripti testes, per demandationem ipsius abbati ad tenendum et pastenandum abellanietum . . . . ego iaquintus dictus, una mecum esset ipse petrus comes adbocator ipsius ecclesie sergi filii iohanni, una pecia de terra bacua, que pars ipsius ecclesie abet in locum nucerie, ubi ad agella dicitur, quod ego illut in veneficium retineo a pars ipsius ecclesie per finis et mensurie : a pars orientis fine sicut limite discernit, sunt inde longitudo passos quatraginta . . . . a pars meridie similiter fine limite, sunt inde latitudo passos decem et nobem : a pars occidentis similiter . . . . sunt inde passi triginta quinque : a pars sebtemtrionis similiter fine sicut limite discernit . . . . et sebtem, totum ad iusto passum omini mensuratum; ec vero predicta pecia de terra per iamdicte finis et mensurie totum et inclitum illut cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis et cum vice de bia sua illut ipsius . . . . pastenandum abellanietum tradidit. Unde pro taliter per demandationem ipsius abbati guadia mihi et ad predictum abbatem dedit et mediatorem mihi posuit se ipsum sergi; et per ipsa gua-

dia obligavit se suosque filios et eredes, tali ordine, ut amodo et usque duodecim anni completi ad sua et de suis eredibus sit potestate eos tenendum et dominandum, et fobee et omnis sue utilitatis iusta rationem ibidem faciant, et totum eos pastenarent abellanietum, sicut meruerit, et quante abellane ibidem collexerint amodo et usque octo anni completi, totum sue sint potestatis et nullam sortionem inde mihi vel ad pars ipsius ecclesie deant; ad completi autem ipsi octo anni in antea usque quattuor anni completi, ut amodo se compleant ipsi duodecim anni, quante abellane inde collexerint, tertiam parte de ipse abellane secke deant mihi vel ad pars ipsius ecclesie et due sortis illut sivi abeant; ad completi autem ipsi duodecim anni ille autem et suis eredibus abeant in tota ipsa terra abellanietum factum, operatum et cultatum, sicut de tantos annos locus ipse meruerit, ut bene pareat factu, et iam omni tempore, dum ille et suis eredibus illut tenere boluerint, totum sue sint potestatis eos tenendum et dominandum, et fobee et omnis sue utilitatis iusta rationem, et totum ipso abellanietum aptis temporibus suis illut laborarent et cultarent, sicut meruerit, et quante abellane annualiter inde collexerit, tertiam partem mihi vel ad pars ipsius ecclesie secke, et due sortis illut sivi abeant, et quod ibidem seminaberint, deant inde nobis vel ad pars ipsius ecclesie annualiter terraticum secundum consuetudinem de ipso locum. Et quale tempore da ipsi duodecim anni in antea ipso abellanietum tenere et laborare non boluerint, inclitum illut laboratum, et cultatu, et clusu remittant ad potestate ipsius ecclesie. Quod si taliter *etc*: *Sequitur consueta formula*, *statuta mulcta viginti solidorum aureorum Constantini.* et unc brebem scripsi ego romoaldus notarius qui interfui; berumtamen et oc memoramus, quia per tempore, quando ibidem direxerimus missum ad recipiendum ipsa sortione de ipse abellane . . . . illut notrire secundum sua possivilitatem, et ego superius dictus romoaldus notarius subiunsit.

† Ego arechisi notarius me subscripsi

† Ego ademari notarius me subscripsi.

DCCCLXXIX.

A. D. 1034.

† In nomine domini septimo decimo anno principatus domni nostri wuaimari gloriosi principis filio quondam domni waimari principis, mense november, tertia indictione. me-

moratorium factum, a me ioannes filius quondam angeli, eo quod ante presentia ademari comitis et iudici et ante alii subscripti idoneis ominibus per combenientia tradidit mihi domnus adelferius abbas ecclesie sancti maximi, una cum ipse domnus abbas adesset amatus iudex adbocatorem predicte ecclesie, de terra cum casa fravita solarata de intus anc salernitanam civitatem in plaio de monte pertinentem predicte ecclesie, que est a super ipsa ecclesia, ubi ego modo residentes sum, que est per mensuria longitudo pedes triginta et ex omni parte fine predicta ecclesia et latitudo pedes quindecim ad iusto pedem manum omini mensuratum. Hec vero iamdicta terra cum casa per iamdicta mensuria inclitum illut ipse domnus abbas una cum ipso adbocatorem mihi, tradiderunt in tali ordine, ud amodo et diebus vite mee et diebus vite teodenande genetrice mea ibidem resideamus et avitemus, et omnes nostres utilitatis iusta rationem diebus bite nostre ibidem faciamus: tantum pro censum de tota supradicta tradictione per omnes annum, dum bibi fuerimus, demus in partibus predicte ecclesie unum cereum bonum de gubitu; ad obitum meum et de ipsa genetrice mea licentiam abeamus de omnia causa nostra mobilia quod boluerimus exinde facere, et inclita ipsa terra cum casa clusa et cooperta bona redeant in partibus predicte ecclesie, faciendum exinde partibus prefate ecclesie omnia quod boluerit; et per combenientiam obligavit se ipse domnus adelferi et partibus ipsius ecclesie, ut per omnes annum diebus vite mee et diebus vite predicte genitricis mee dare nobis partibus ipsius ecclesie, dum bibi fuerimus ego et ipsa genetrice mea, per omnes annum quinque modiola de granum ad modiolu, quod partibus ipsius ecclesie solutus est tollere molitura da molinum predicte ecclesie da lirino et quinque saume de binum; et si ego ante ipsa genetrice mea defuntus fuerit, deant partibus ipsius ecclesie ipsius genetrice mea, dum viba fuerit, per omnes annum medietatem ipso binum et medietatem ipso granum; et si ipsa genetrice mea ante me defunta fuerit, similiter deant mihi partibus ipsius ecclesie per omnes annum, dum bibus fuero, medietatem ipso binum et medietatem ipso granu. Unde in eo ordine per combenientia guadia mihi ipse domnus abbas dedi et mediatorem mihi posui maghenolfus presbiter filius quondam granati; et per ipsa guadia obligavit se ipse domnus abbas et successores suos et pars ipsius ecclesie defensandum mihi et ad ipsa genitrice mea, dum bibi fuerimus, supradicta tradictione cum bice de bia sua da omnes omines, et non illut diebus vite nostre tollere aut contrare querad; et si taliter omnia suprascripta per supradicto ordine ipse domnus abbas et successores suos et partibus ipsius ecclesie mihi et ad ipsa genetrice mea diebus nostre non adimpleberit et aliquit exinde contradixerit, per ipsa guadia per combenientia componere obligavit se ipse domnus abbas et successores suos et partibus prefate ecclesie, mihi et ad ipsa genetrice mea, triginta

auri solidos costantinos. berumtamen oc memoramus, quia modo dedit ipsius domni abbati unum preceptum continentem de supradicta terra cum casa quod comune abemus cum eredes iohanni filii constantini: in oc ordine ipso preceptum ipsius domni abbati dedi, ud partibus ipsius ecclesie semper abeant ipso preceptum salbum, et quando mihi necessum fuerit ipso preceptum et fecerimus scire partibus ipsius ecclesie, infra dies octo deant mihi partibus ipsius ecclesie ipso preceptum, ad ábendum ego illut usque dies triginta, et post completi ipsi triginta dies per omnes vices ipso preceptum salbum remictamus in partibus ipsius ecclesie, quale mihi illum dederit ad habendum illum partibus ipsius ecclesie omni tempore in predicta ratione per supradicta guadia et obligata pena: tantum pars iamdicte ecclesie abeant ipso preceptum salbum absque de ingne et zala et tinea, quod scripsi ego alderissi notarius.

† Ego qui supra ademari iudex

† Ego dauferius notarius me subscripsi.

DCCCLXXX.

A. D. 1034.

† In nomine domini septimodecimo anno principatus domni nostri Guaimari Glorioso principe filio quondam domni Guaimari qui fuit princeps, mense december, tertia indictione. Ideoque ego alfanus filius quondam stefani, qui sum de batolla, clarefacio me, quia per commutationis hordine est michi congruum retradere sortionem meam de terra, quod clusum habet mizza filius dumnini a super sua casa ad ipsius mizza; et, sicut michi predicto alfanu est congruum, ante ydoneis subcripti hominibus per anc cartulam commutationis hordinis retrado tivi atque remitto predicto mizza tota et inclita sortionem, quod michi pertinet de ipsa rebus quod modo clausum tu abet de ipsa clusuria, que est a super ubi tu es residentem in iamdicto loco batolla, ad securiter et firmiter amodo et semper tu iamdictus mizza et tuis heredibus illud habendum, dominandum, possidendum et omnia inde faciendum quod volueritis; et pro firmam stavilitatem recepit a te iamdicto mizza per aliam cartulam, quod aput me retineo, tota sortionem quod tivi pertinuit in ipsa concessione de ipso castelione, quantum per ipsum brebem sigillatum inde tivi pertinet in omni finitione, sicut inter nos combenit. De qua per conbenientia ego nominatus alfanus guadia tivi

prefato mizza dedit et mediatorem me ipsum posuit; et per ipsa guadia obligo me et meis heredibus amodo et semper defensandum tivi tuique heredibus cuncta socea quod mihi pertinet de ipsa sortionem meam de ipsa rebus, quod tu clusum modo habet a super, ubi sit residentes, cum omnia inter ipsa clusa habentem et vice de viis, et omnia inde michi pertinentem, cum vice de viis, da omnibus hominibus et da consortibus, et uxor mea et da omnes partes. Et quando per vos ipsos inde volueritis esse autores, qualiter bolueritis cum omni monimine et onerati quas inde habueritis. Quod si taliter omnia suprascripta per supradicto hordine bobis non adimpleverimus, et removere aut contrare aliquid inde voluerimus per qualiscumque ingenium vel ratione, per ipsa guadia obligo me prefatus alfanus et meis heredibus ad componendum tivi qui supra dicto mizza et ad tuis heredibus, et cuius cartula ista pro vice vestra in manu paruerit, viginti solidi constantini, et in antea questio et causatio nostra aput bos siad tacita et bacua, et taliter scribere rogavimus te talarico presbiter et notarius, actum cilento.

† Ego landolfus presbiter

† Ego romoaldus presbiter

DCCCLXXXI.

A. D. 1034.

† In nomine domini septimodecimo anno principatus domni nostri guaimari glorioso principe, filio quondam domni guaimari qui fuit princeps, mense december, tertia indictione. Ante me raidolfus comes, qui sum ex genere francorum, coniuncti sunt aresti abbas monasterio sancte marie de terricello cum brancati abbate sancti georgi, qui propinque sunt abboque sunt situ lucaniense finibus, et reclamavit ipsum abbas aresti aput prefatus abbas brancati, quod sine ratione malo hordine intrasset in rebus iamdicto monasterio sancte marie et per vim hividem arasset et seminasset: ipse autem abbas brancati dixit, quod plures rebus haberet ipsum monasterio sancti georgi arare et seminare, et nescire de quo dicere; tunc per meum iudicium inter ipsis guadiare fecit, ut utrumque plicare se cum suis rationibus et super ipsa rebus pergere cum iudices et notario, et ipse abbas arestis monstraret ipsa rebus et finem inter se inde finem facere. Igitur ego predictus raidolfus comes hec omnia per hordine intimavi in aure supradicte magne potestatis; et dum taliter ipsa gloriosa potestas audivit cum summa diligentia, precepit michi, ut per memedipsum hivi-

que pergere et mecum comducere iohannes castaldus filius quondam radoaldi de lustra et, qualiter nos melius agnosceremus, taliter de ipsa rebus finem mitteremus. Hec autem peractis, ego iamdictus raidolfus comes cum ipsum iohannes castaldus hivique advenit uterque super rebus illa coniuximus ipse aresti abbas et abbas brancati, secumque conduxerunt beneravilis necodimus abbas monasterio sancte marie de pactano et alii bonorum hominum: ipse iamdictus abbas arestis monstravit ipsa rebus et dixit, quod nullum dominium habuit monasterio sancti georgi, nec eius rectores, da fine medio vallone in pars sancte mariae, set semper medium ipsum ballone fuit finem de ipsa rebus sancte mariae et sancti georgi, et per ipsum abbatem aresti ostensum est unum scriptum iudicium ita dicentes: In nomine domini vicesimo primo anno principatus domni nostri guaimari glorioso principe, mense nobember, hoctava indictione. dum supradictus magnus princeps esse in finibus lucanie locum, hubi dicitur fragina, hivique esse ego truppoaldus stolsaiz et comes, coniuncti sunt aresti abbas monasterio sancte marie de locu turricelli, una cum illo adesset manso castaldus filius quondam costantini, cum leo presbiter filio iohanni presbiteri et cum cosma presbiter et ministeriale filii licasti presbiteri, qui sunt greci seu et havitantes in loco aquabella lucanie finibus, seu nec nominati et omnes homines avitatores de eodem loco aquabella, una cum ipsi aquabellanense esset ursu sculdais et grimoaldus castaldeis eorum, ad faciendum inter se finem de rebus de iamdicto loco, unde iam plurime habuerunt causationes, et ante os tempore ipse manso ante me per demandatione suprascripte gloriose potestatis cum ipsi urso et grimoaldus guadia fuerunt, ut utrisque partibus super rebus ipsa cum iudice et notario pergere, et portaret hibi iohannes vetrana de garazano, et diceret ipse iohannes veritate ab unde scivit fine de rebus predicti monasteri et da unde monstraverit esset fine de ipso monasterio absque sacramentum et pars ipsius monasteri semper illud havere securiter sine comtrarietate de omnis homine havitatores de aquabella et de illorum heredes, aut cuiqua hominibus, et per partes dixerunt super ipsam rebus perrexisset, sicuti fuerunt guadiati, et ipse iohannes vetrano rebus ipsa monstravit per ec finis: de una parte fine fluvio de ipsa fragina: alia quidem partem finem medio ballone qui discernit inter rebus et rebus sancti georgi, et hab unde consumit ipsum ballone et lumbone per ipsum ballone rectum salientem in media ipsa serra, in qua fecit figere tres termites in una fovea et facere maceria de petre, et da inde rectum descendentem in pars septemtrionis usque ballone qui hibi est, et traversante ipso ballone, et lumbone qui hibi est, et haviente in pars quasi hoccidentis, ei comiungente in ballone alio in eo loco, ubi incipiunt esse ripe, et per medio ipso ballone descendentes et coniungentes in alio ballone qui dicitur petrolle, et per medio ipso vallone descendente et coniun-


gente in ipso fluvio fragina; et ut in posterum inde non oriatur intentio, pro cognita causa nos fecimus mensurare da ipsa frabica, que est de ecclesia distructa sancti petri que inter predicta rebus est in uno torrello, haviente per medio crista de ipso sirrune, sicut rebolbendum vadit, traversante per media torricella, usque dum hubi figere tres petre pro termites sunt passi sexcenti quinquaginta sex. ed iuxto passum ista rebus per ista fines monstravit ipse iohannes vetrano et aliis plures voni hominibus, et dixerunt per deum et anime eorum semper sciret illud pars predicte ecclesie sancte marie illud possidere et dominare, et aliut autem hivi adscriptum est quod hic adscribere nos fecimus. Scripta autem erat per manum roderisi notari, sicut ei preceperat magnus princeps: subscriptum ipsum truppoaldus stolsaiz et comes. At huvi taliter adlectum est ipsum scriptum iudicium, ipsum prefatus brancati abbas dixit, quod ipsum scriptum beracem esset et omnis homines de aquavella, qui hibi advenerant, similiter adfirmavant; set ipse brancati abbas dicebat, quod ipso tempore, quando ipsa fine facta est, ipsum ballone, qui discernit inter rebus monasteri sancte marie et sancti georgi hivat ab illo latere ipsa pecia de terra, quod ipse modo seminatam habebat, tunc diligenter hibi inquisibimus, si aliquando tempore ipsum ballone inde transivit, vel si aqua inde curreret, et minime aliquit signum inde invenire potuimus: etia ipsu benerabilis nicodemus abbas de pactano coniuravimus per ipsum sacratum havitum quod super se havebat dicere, qualiter illud melius sciret; ipse autem dixit per deum et anima suam et per consacratione, quod super se haveva, nunquam scire aliquando inde vallone pergere, unde ipse brancati abbas monstravat, nec ipsa pecia de terra aliquando scriret esset in dominio monasteri sancti georgi, set, sicut modo pergit ipsum ballone, ita semper retemsit ipsa rebus pars monasteri sancte marie, similiter et ipsi hominibus aquabellenses ita adfirmavat. Interea, ut hec dictum est, statimque ipse predictus brancati abbas sue boluptatis manifestavit, quod veritas diceret ipsum benerabilis abbas nicodemus et ipsi aliis hominibus, et per malignitatem et abaritia in ipsa pecia de terra intrasset et seminasset; quia numquam sciret quod pars ipsum monasteri sancti georgi dominare rebus in pars ipsa monasterio sancte marie da unde vadit modo ipso ballone, set semper sciret, ut dominaret illud pars et vice monasterio sancte marie, et presentem remisit ad ipsius abbati aresti ipsa pecia de terra quod per mala ratione seminatam habebat prevaricante ipsum ballone, et per abborum partes ipse brancati et aresti abbati precaverunt me qui supra dicto raidolfus comes et iohannes castaldus et ipsum domno nicodemus benerabilis abbas; ut congnita finem facere inter se, ut posterum non inde oriatur intentio; tunc omnes nos unam cum ipsis per ipsam finem descendimus usque in ipso fluvio et ambo ipsi nominati abbati cum suorum magni mona-

chi pro firmam fine, et stavilita causa pro pede ipsu fluvium non multu longiore de uno esco, ubi est crux, cofixerunt unum termine, et saliente iuxta uno pullo confixerunt alium termine, et traversante ipsum pullum posuerunt unum alium termine, et exiente ipso galdo in caput confixerunt alio termine, hivique petre quoadunaverunt et havinde comsumit ipsum balluncellum qui vadit iuxta ipse tempe pertinentia sancti georgi, et saliente ipsum ballone, sicut terminatum est, et da inde rectum saliente usque in ipsas posteriores fine, ubi ipse tres petre pro termini sunt ficte, et sicut girat fine superius, quod reclarat ipsum scriptum iudicii : da istas fines manifestavit ipsum brancati abbas, quod nullum dominium havere pars monasteri sancti georgi in pars sancte marie, set semper inde fuit fine, esset in antea, similiter et ipsum abbas aresti manifestavit inde, quod nullum dominium haveret pars monasterio sancte marie da ipsa fine in parte sancti georgi. de qua per combenientia ipse brancati abbas guadia ad iamdictus arestis.abbas dedit, et mediatorem ei posuit iohannes capialbo de sancta lucia [1]) et iohannes de ursina de nobes [2]); et per ipsa guadia obligavit se et suos posteriores et pars iamdicto monasterio sancti georgi, quod si amodo vel in antea ista suprascripta fines dirrupere et removere boluerint, aut per quolivet ratione da ipsi termini et ipsum ballone prebaricare boluerit, et si in rebus monasteri sancte marie introhierint, vel si termine inde exfixerint, seu si ipsa fine irritam facere boluerint, per ipsam guadia obligabit se ipsum brancati abbas et suos posteriores a pars ipsu monasterio sancti georgi ad componendum ad pars ipsum monasterio sancte marie et ad eiusque rectores, et cuius scriptum istum pro vice monasterio sancte marie in manu paruerit, trecentos solidos costantinos. Et taliter scribere fecimus te talarico presbiter et notarius, actum cilento qui interfuisti.

† Signum manus qui supradictus raidolfus comes

† Ego iohannes

† Signum manus me nominati brancatis abbatis



Εγω νηχοδημος ηγουμενο (ς) του παττανου χρειτης

(*Ego Nicodemus rector Pantani iudex*)

---

[1]) [2]) In Cilento.

DCCCLXXXII.

A. D. 1034.

† In nomine domini septimodecimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis filii domni guaimari, mense december, tertia indictione. Memoratorium factu a nobis mari filio benedicti et mulier nomine dumnella, qui sumus mater et filius, eo quod ante presentia grimoaldi comiti et iudici per bona combenientia ad tenendum et residendum tradidit nobis alferi clericus et abbas ecclesia sancti maximi, una cum illum esset amator iudex adbocator ipsius ecclesie, terra cum casa lingnitia ubi nos residentes sumus, quod pars ipsius ecclesie abet intus anc salernitanam cibitatem in plaiu de monte a super ipsa ecclesia, qui est ipsa terra cum casa de ex omni parte coniunta ad fine ipsius ecclesie et est per mensuria: ab occidente sunt pedes decem et octo, a septemtrionis sunt pedes quatuordecim, ab orientis sunt pedes alii decem et octo: a meridie sunt pedes decem, totum mensuratum ad iusto pedem manum ominum; ec bero terra cum casa per supradicte finis et mensurie tota et inclitam illam nobis tradidit mihi mari medietatem et mihi dumnella medietatem, in tali ordine ipsa terra cum casa nobis tradiderunt, ut amodo et usque biginti nobem anni completim ad nostra et de nostris eredibus sint potestatis ipsa terra cum casa tenendi et dominandi, et fobee et omnis nostre utilitatis iusta ratione ibidem faciamus: tantum, si mihi iamdicte dumnelle mors ebenerit ante ipsi biginti nobem anni completim, liceret me facere de quartam partem de ipsa lingnamina de ipsa casa omnia que boluero, et per omnis annum pro censum de supradicta traditione demus in pars ipsius ecclesie una candela de oleum mediocre. ad ipsi biginti nobem anni completim licead nos et nostris erebibus inde exire cum omnis nostra causa mobilia que ibi abueri, et cum tota ipsa lingnamina de ipsa casa, et inclita ipsa terra bacua per supradicta mensuria rebertar ad pars ipsius ecclesie ad faciendum que boluerint: tantum ego iamdicta mulier suprascripta fecit per boluntatem de ipso filio meus et una cum illum in cuius mundium sum. de qua per bona combenientia guadia nobis ipse abbas cum ipsum adbocatore dederunt, et mediatorem nobis posuerunt leo clericus filius quondam stefani; et per ipsa guadia obligavit se ipse abbas et suos successore et pars ipsius ecclesie amodo et usque ipso constitutum completum antistare et defensare nobis nostrisque eredibus inclita supradicta tradictio cum bice de bia sua da omnes omines omnique partibus. Et si taliter

omnia suprascripta per supradicto ordine ipse abbas et successores suos et pars ipsius ecclesie nobis nostrisque eredibus non adimpleberit et de suprascripta aliquit contradisserit, per ipsa guadia per bona combenientia componere obligavit se ipse abbas et suos successore et pars ipsius ecclesie nobis nostrisque eredibus biginti auri solidi constantini. Quod scripsi ego iaquintus notarius.

† Ego qui supra grimoalt comes et iudex.

DCCCLXXXIII.

A. D. 1034.

† In nomine domini septimodecimo anno principatus domni nostri Guaimari Glorioso principe, filio quondam domni Guaimari qui fuit princeps, mense (*deest mensis*), tertia Indictione. Ideoque ego musandus filius quondam maranci clarefacio me habere sortionem de rebus de concessione de persecitu, et congruum michi est benumdare media ipsa sortionem mea de ipsa concessione de persecitu [1]) ad leo filium quondam arcumanni qui est havitante in lustra [2]), ubi sum et ego; et, sicut michi iamdictus musandus est congruum, ante ydoneis subscripti hominibus per anc cartulam benumdedit atque remisit tivi prefatus leo medietate de omnis rebus, quod michi pertinens de ipsa paratione de persecitu de terris, et silbis, et pratis, et pascuis, et aquis, et finis, et biis, de omnia de ipsa rebus mihi pertinentem et omnia intus ipsa rebus habentem, ad securiter et firmiter amodo et semper tu tuisque heredibus illud habendum, dominandum, possidendum et omnia inde faciendum quod volueritis, et pro firmam stavilitatem recepit a te tari septem in omni finitione, sicut inter nos stetit. De qua per combenientia ego predictus musandus guadia tivi prefatus leo dedit, et mediatorem tivi posuit balsamus filius quondam fasani de loco batolla [3]); et per ipsam guadia obligo me iamdictus musandus et meis heredibus amodo et semper defensandum tivi nominatus leo et ad tuis heredibus cuncta suprascripta nostra benumdatione da omnibus hominibus ab omnique partibus, etiam et da pars uxorem meam. Et quando per vos ipsos inde volueritis esse autores, qualiter volueritis, cum omni

[1]) [2]) [3]) In Cilento.

monimine et ratione quas inde habueritis. Quod si taliter omnia suprascripta *etc. Statuta mulcta viginti solidorum auri Constantini.* Et taliter scribere rogavimus te talarico presbiter et notarius, actum cilento.

† Ego iohanne presbiter

† Ego iohanne presbitero.

DCCCLXXXIV.

A. D. 1035.

† In nomine domini. . . . . . . anno principatus domni nostri guaimari glorioso princeps filius quondam domni guaimari, mense ianuarius, tertia indictione. Memoratorium factum a me . . . . et abbas ecclesia sancti maximi, eo quod ante presentia grimoaldi comiti et iudici per bonam combenientia. . . . . iudex adbocator ipsius ecclesie ad tenendum et residendum tradidit sellicti filio iaquinti . . . . cum casa favrita et curticella qui est coniunta ad ipsa casa, quod pars ipsius ecclesie abet intus anc salernitanam civitatem in plaiu de monte, qui est a super ipsa ecclesia sancti maximi, et est de ex omni parte coniuncta ad fine ipsius ecclesie: a pars orientis sunt pedes quindecim: a meridie sunt pedes decem: a parte occidentis sunt pedes . . . . . . a pars septemtrionis sunt pedes nobem et summisse et uncie due; et ipsa curticella est coniunta . . . . . . terra cum casa a parte orientis, et est longitudo pedes nobem et latitudo in omni loco pedes sex, tota supradicta mensuria mensurata fuit ad iusta manum hominum; hec vero terra cum casa et predicta curticella per supradicta mensuria ego iamdictus abbas cum predictus adbocatore ipsius sellicti tradidimus in tali hordine, ut amodo et usque biginti nobem anni completi ad suam et de suis eredibus et de ominibus, que ibi ad residendum miserint, sint potestatis illut tenendum et dominandum, et fobee et omnis sue utilitatis iusta ratione ibi facere, et ibidem residere et abitare, et per omnis annum darent exinde censum ad pars ipsius ecclesie unum follare de oleum: ad ipsi biginti nobem anni completi liceat ille et eius eredes inde exire cum omnis illorum causa movilia, que ibi abuerit, et cum tota ipsa lingnamina de ipsa casa, et inclita ipsa terra per ipsa mensuria cum ipsi parieti favriti rebertar ad pars ipsius ecclesie, ad faciendum que boluerit. de qua per bonam combenientia pro pars ipsius ecclesie guadia mihi ipse sellictus dedi,

et mediatorem mihi posuit se ipsum; et per ipsa guadia *etc. Statuta mulcta viginti auri solidorum Constantini.* quod scripsi ego smaracdus notarius

† Ego qui supra grimoalt comes et iudex.

DCCCLXXXV.

A. D. 1035.

† In nomine domini septimodecimo anno principatus domni nostri guaimari glorioso princeps, filius domni guaimari, mense ianuarius, tertia indictione. Memoratorium factu a me alferi clericus et abbas ecclesia sancti maximi, una mecum esset amatus iudex adbocator ipsius ecclesie, eo quod ante presentia grimoaldi comiti iudici per bona combenientia ad tenendum et residendum tradidimus maraldi filio imperato terra cum casa et parieti frabiti, quod pars ipsius ecclesie abet intus anc salernitanam cibitatem in plaiu de monte a super ipsa ecclesia, qui de ex omni parte coniunta est ad fine ipsius ecclesie, et est per mensuria de latitudo et longitudo in omni loco ana pedes sedecim, totum mensuratum ad iusto pede manum homini; ec bero terra cum casa per supradicta mensuria tota et inclita nos ipsius maraldi tradidimus in tali ordine, ut amodo et usque biginti nobem anni completim ad sua et de suis eredibus sint potestatis illam tenendum et dominandum, et fobee et omnis illorum utilitatis iusta rationem ibidem facere, et ibidem residere et abitare, et per omnis annum amodo et usque ipsi biginti nobem anni completim darent ille et eius eredes exinde censum ad pars ipsius ecclesie medium tari, de quale moneta per anc cibes andaberit: ad ipsi biginti nobem anni completim licead ille et eius eredes inde exire cum omnis sua causa mobilia que ibi abuerit, et inclita ipsa terra cum casa per supradicta mensuria rebertar ad pars ipsius ecclesie. de qua per bona combenientia guadia nobis ipse maraldus dedi et mediatorem nobis posuit gregorius presbiter filius quondam iohanni; et per ipsa guadia obligavit se et suos eredes, ut si taliter omnia suprascripta per supradicto ordine ad pars ipsius ecclesie non adimpleberit et de suprascripta aliquit contradisserit, per ipsa guadia per bona combenientia componere obligavit se et suos eredes ad pars ipsius ecclesie biginti auri solidi constantini, quod scripsi ego iaquintus notarius. verumtamen

memoramus et ipsa mensuria est de latitudo et longitudo ana pedes sidecim, quod subiunsi ego esdictus iaquintus notarius.

† Ego qui supra grimoalt comes et iudex.

In fine chartae haec verba sequuntur »

de latitudo pedes decem et octo et de longitudo pedes biginti octo.

DCCCXXXVI.

A. D. 1035.

† In nomine domini septimodecimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, filii domni guaimari, mense ianuarius, tertia indictione. Memoratorium factu a me alferi clerico et abbas ecclesia sancti maximi, una mecum esset amatus iudex adbocator ipsius ecclesie, eo quod ante presentia grimoaldi comiti et iudici per bona combenientia tradidimus stefani filio mansoni de terra bacua, quod pars ipsius ecclesie abet in plaio de monte intus anc salernitanam cibitatem a super ipsa ecclesia sancti maximi, et est ipsa terra de ex omni parte fine ipsius ecclesie, et est per mensuria: a meridie sunt pedes quadraginta sex : ab oriente sunt pedes biginti duo : a septemtrionis sunt pedes triginta sex:. ab occidente sunt pedes biginti duo, totum mensuratum ad iusto pedem manum hominum. tota supradicta mensuria, sicut dictum est, nos ipsius stefani tradidimus, in tali ordine, ut amodo et usque biginti nobem anni completim ad sua et de suis eredibus sint potestatis ipsa terra per supradicta mensuria tenendum et dominandum, et fobee et omnis illorum utilitatis iusta ratione ibidem facere, et casa lingnitia ibidem facere, qualiter bolueri, et ibidem residere et abitare, et alii ominibus ibidem ad residendum mictere, qualiter boluerit, et pro censum de supradicta tradictione darent illis per omnis annum ad pars ipsius ecclesie medium tari de quale moneta per anc cibes andaberit; ad ipsi biginti nobem anni completim licead illis inde exire cum omnis sua causa mobilia et cum tota ipsa lignamina, et ipsa terra bacua per ipsa mensuria rebertar ad pars ipsius ecclesie. de qua per bona combenientia pro pars ipsius ecclesie guadia nobis ipse stefanus dedit, et-mediatorem nobis posuit se ipsum iamdictus stefanus; et per ipsa guadia obligavit se et suos eredes, ut si taliter omnia suprascripta per supradicto ordine ad pars ipsius ecclesie non adimpleberit et de suprascripta aliquit contradisserit, per ipsa guadia per bona

conbenientia componere obligavit se et suos eredes ad pars ipsius ecclesie biginti auri solidi constantini, quod scripsi ego iaquintus notarius.

† Ego romoaldus notarius me subscripsi

† Ego smaracdus notarius me subscripsi.

DCCCLXXXVII.

A. D. 1035.

† *Summarium* :

« Decimo septimo anno principatus Guaimarii filii quondam Guaimarii principis, mense « Ianuario, tertia Indictione.

« *Sic incipit textus* ».

Ideoque nos i sumus lando filius quondam iohanni et iaquintus filius quondam garardi, qui sumus abitator in locum, ubi ad floccanu dicitur pertinentia nucerie, de sicut nobis congruum est, vone nostre voluntatis per anc chartulam ante presentia miri iudici et alii testes benumdedimus adque ad semper abendum confirmavimus tivi rachi filio quondam iohanni frecentese abitator uius Nucerie due pecie de terris nostre quod abemus ad ermoaldum et alia, ubi ad lave dicitur *etc.*

Sequitur confirmatio venditionis, et una adest subscriptio testium:

† Ego Iohannes clericus.

DCCCLXXXVIII.

A. D. 1035.

† In nomine domini septimodecimo anno principatus domni nostri guaimari glorioso princeps, filii quondam domni guaimari principis, mense februarius, tertia indictione. Declaro ego cicerus filius quondam iohanni de locum falana, sicut mihi congruum est, mea etenim volumtate ante presentia lamberti et petri iudicibus venumdare iohanni, et

mari, et petri, et fasani, germani filii quondam petri maczarasa, inclita medietate casa mea, qualiter modo conciata et edificata abeo intus castello de nucerie, quod iam ante os annos ipsa medietate ipsa casa tingatum abeo, sicut alia vestra cartula continet. Et Ideo, sicut mihi congruum exe videtur, ante ipsi predicti iudicibus et alii testes per anc cartulam venumdedimus adque ad semper abendum confirmavimus vobis suprascripti germani tota et inclita medietate ipsa predicta casa de intus ipso predicto castello, sicut diximus, quod illut vobis tingatum vobis abemus. Unde nullamque nobis exinde reservavimus, set, sicut diximus, tota et inclita ipsa medietate ipsa casa illut vobis venumdedimus, et reliqua medietate ipsa casa illut vobis venumdata abemus vobis per firma cartula, ubi ipsa reliqua medietate vobis tingatum abemus qui modo confirmavimus, ad securiter et firmiter amodo et semper vobis vestrisque eredibus illut abendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum quod volueritis, absque omni nostra et de nostris eredibus, vel de cuiquam ominibus contrarietate vel requisitione; et pro confirmandam et staviliscendam anc nostra bindictione a presentis recepimus a vobis suprascripti germani, i sunt auri tari voni per numerum sex in omnis deliveratione, sicut inter nobis comvenit; finitum vero pretium ipsum aput nos, de qua ego supradictus cicerus per vona comvenientia guadia vobis suprascripti germani dedimus, et mediatorem vobis posuimus cicerus cacapiccola filius quondam ursi de ipso predicto locum falana; et per ipsa eadem guadia obligo me et meis eredibus amodo et semper antistandum et defensandum tivi tuique eredibus inclita ipsa suprascripta nostra vindictione da omnes omines omnique partibus, cum bice de ipsa platea, et cum anditis suis, et cum sericidio in suo decurrente. Quod si taliter omnia suprascripta illut vobis vestrisque eredibus non defensaverimus et de suprascripta contradixerimus, tunc per vona comvenientia componere obligo me ego qui supra cicerus et meis eredibus ad componendum vobis suprascripti germani, vel ad vestris eredibus, et cui cartula ista vice vestra in manum paruerit, viginti auri solidi constantini, et, sicut superius legitur, per imvitis illut vobis defensemus, et questio et causatio nostra et de nostris eredibus sit exinde tacita et bacua. Et taliter scribere hrogavimus te petrus clericus et notarius, actum uius nuceria.

† Ego qui supra lambertus iudex

† Ego qui supra petrus

† Ego amatus

† Ego guisenolfus.

DCCCLXXXIX

A. D. 1035.

† In nomine domini septimodecimo anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis, filii quondam domni guaimarii principis, mense martius, tertia indictione. In salernitano sacro palatio ante me amatum iudicem causavit urso castaldus filius quondam iannaci castaldi cum urso atrianense filio quondam mele dicendum ei, ut ipse ursus filius predicti mele, et servi et ancille eius malo hordine introisset in rebus ipsius ursi castaldi de locum beteri et per vocabulum de ipso locum, et fobee in ipsis rebus fecisset, et arbores et vites inde abscidisset, et sepes inde rupisset, et vie inde ostedisset, et ipsa rebus ei contrasset : ipse ursus filius predicti mele dixit, in predicto locum beteri et per vocabulum de ipso locum plures rebus abere, set nescire de quale rebus ipse ursus castaldus cum eum causavit. Ego predictus iudex inter eis iudicavi et utrisque illis guadiare feci, pariter super ipsis rebus pergerent cum iudicem et notarium, et ipse ursus castaldus monstraret ipsius ursi ipsa rebus, unde superius cum eo causavit, et per partes plicarent se cum suis rationibus, et secundum legem inter se inde finem facerent ; unde ipse ursus castaldus posuit fideiussore iannaci atrianense filius quondam landolfi curiale, et ipse alio urso filius predicti mele posuit fideiussore iohannes atrianense filius quondam iannaci de sisinni. Et pro parte ipsius ursi filii predicti mele scribere fecimus te ademari notarius.

† Ego qui supra amatus iudex.

DCCCXC.

A. D. 1035.

† In nomine domini septimodecimo anno principatus domni nostri guaimari glorioso principe, mense martius, tertia indictione. Memoratorium factu a me iohannes filius amandi de locum nucerie, eo quod ante subscripti testes per bona combenientia tradidit michi petrus presbiter per largietate et absolutione maioni presbiteri et abbati ecclesie sancti maximi, et stante illum, inclita curte illa cum arbusto, que pertinentem est ipsius ecclesie sancti maximi de locum agella nucerie finibus, quod ipse petrus presbiter in be-

neficium retinet da pars ipsius ecclesie per ec finis et mensuriis : a pars septemtrionis fine bia puplica qui pergit ad ipsi turri et ad ipsi pariti, sunt inde per mensuria passi octoaginta duo: a pars occidentis, quomodo limite et sepe discernit, fine de eredes maghenolfi, inde passi quadraginta : a pars meridie quomodo poiu discernit, inde passos quadraginta quadtuor, rebolbente saliendo in partibus meridie usque ad ipso limite sunt inde passi similiter quadraginta quadtuor ; iterum a parte meridie, quomodo ipsum predictum limite discernit, fine predicte ecclesie sancti maximi, sunt inde passi biginti : a pars orientis fine terra ipsius ecclesie, sunt inde passi octoaginta octo et se reconiungit in ipsa bia puplica qui est priore fine. Totum per iste finis ad iusto passum omini mensuratum totum et inclitum illut michi ipse petrus presbiter per demandationem de ipso abbate ad laborandum tradidi ; unde pro taliter guadia mihi dedit, et mediatorem michi posuit iaquintus diaconus filius quondam gaudiosi, tali ordine, ut amodo et usque quadtuor anni completi licead me et meis eredibus et omines, quem ibidem miserimus, tota suprascripta illius tradictione nostre potestatis tenere et dominare, et eos totum, ubi meruerit, cludamus, et abtis temporibus arbustum ipsum de super et de subter laboremus et cultemus, sicut locus ipse meruerit, ut proficiad et non disperead, et, ubi meruerit, infra totum ipso arbustum astas et bites plantemus, et, ubi meruerit, bites tragamus et totum eos laboremus, sicut diximus, et licead nos fobee et omnis nostra utilitate iusta rationem ibidem facere, et annualiter, quando meruerit, arbustum ipsum rationabiliter bindemiemus, et per bindemie faciamus scire ipsum abbatem vel pars ipsius ecclesie, ut ibidem dirigad missum suum, et totum ipso binum ibidem ad palmentum per medietatem illut inter nos dibidamus: missum predicte ecclesie tollad illut medietatem, et nos medietatem; et quale organeum da binum nobis adsignaberint ad cellarium, que ibidem pars ipsius ecclesie abet ad ipsi pariti, nos autem organeum ipsum conciemus bonum, sicut meruerit, et ipsa sortione de ipso binum ipsius ecclesie ibidem adducamus, et totum ipso binum sortionem suam ibidem in ipso organeum mittamus, et ipso missum predicte ecclesie, dum ibidem steterint pro ipse bindemie reponendum, nos autem illum nutriemus secundum nostra possibilitatem ; et de quod annualiter in ipsa rebus seminaberimus, demus exinde ibidem ad missum ipsius ecclesie terraticum secundum consuetudinem de ipso locum; ad completi ipsi quadtuor anni licead nos et nostris eredibus inde exire cum omnis nostra causa et ire ubi boluerimus, sine cuiuslibet contrarietate vel requisitione, et inclita supradicta rebus laboratum et clusum remittamus ad potestate ipsius ecclesie, et per bona combenientia per ipsa guadia obligabit se ipse abbas et successores suos, et pars ipsius ecclesie amodo et usque ipsi quadtuor anni *etc. Statuta mulcta viginti auri solidorum*

constantinianorum. Et hunc brebem scripsi ego ademari notarius qui interfui. Verumtamen memoramus, quia per omnis annum, quando meruerit, in pars ipsius ecclesie ipsa palmentateca deant, sicut consuetudo est loci illius. Et ego superius dictus ademari notarius subiunsit.

† Ego qui supra maio presbiter et abbas

† Ego dauferius notarius me subscripsi

† Ego grimo presbiter.

DCCCXCI

A. D. 1035.

† In nomine domini septimodecimo anno principatus domni nostri guaimari, glorioso princeps, filius quondam domni guaimari, mense aprilis, tertia indictione. Memoratorium factum a me petrus clericus et medicus filius quondam . . . . presbiteri qui fuit primicerium, eo quod ante presentia domni alferi abbati ecclesia sancti maximi, una cum illum adesset amatus iudex adbocator ipsius ecclesie, per demandatione ipsius domni abbati . . . . pars ipsius ecclesie tradidit guisoni filio quondam martini una pecia de terra campense, quod pars ipsius ecclesie abet in locum nuceria, ubi anzanu dicitur, qui coniuntum est ex omni parte ad rebus predicte ecclesie; in tali ordine illut per demandatione ipsius abbati eidem guisoni tradidit pro pars ipsius ecclesie, ut da iste aire recolligerent . . . . usque biginti anni completi ille et eius eredes tota ipsa pecia de terra sue potestatis illut tenere et dominare, et fobee et omnis sue utilitatis iusta ratione ibi facere, et per omnis annum usque ipsi biginti anni completi tota ipsa terra arare et conciare bona, sicut meruerit, et sic per omnis annum illut seminare, et labori ipsi studiare et . . . . . . bonum, sicut meruerit, et, quando meruerit, labori ipsi recolligere et adunare ad area quod feceri . . . . . pertinet ipsius ecclesie sancti maximi, et faciat ipse guiso vel eius eredes scire ipsum abbatem, vel pars ipsius ecclesie, ut dirigat ibidem missum suum, et sic illis toti ipsi labori bactere et conciare bonum, sicut meruerit, ut bene paread factos, et deant per omne annum ad ipsum missum terraticum secundum consuetudinem de ipso locum, et ipso missum notrire, usque dum pro ipse aire ibidem steterit, sicut illorum fuerit possivilitate; et si potuerit seminare de ipsa palude per tempore, quando non fuerit aquatio, dare inde similiter terraticum ad pars ipsius ecclesie secundum

consuetudine de ipso locum; et per omnis annum faciant servitium de ipse terris ad pars ipsius abbati, seu in pars predicte ecclesie, quomodo soliti sunt facere alii ominibus de ipso locum ad pars predicte ecclesie. Ad ipsi biginti anni completi, ad aire recollecte, inclite ipse terris rebertar ad potestate ipsius abbati, vel in pars iamdicte ecclesie, faciendum que boluerint, et illis liceat inde exire cum omnis illorum causa movilia que ibi abuerit, sine contrarietate ipsius abbati vel de pars predicte ecclesie. De qua per combenientia per demandatione ipsius domni abbati et pro pars ipsius ecclesie guadia mihi ipse guiso dedit, et mediatore mihi posuit seipsum; et per ipsa guadia obligavit se ipse guisu et suos eredes, ut si taliter omnia suprascripta ipsius abbati, vel in pars predicte ecclesie, non adimpleverit et aliquit inde contradixerit, per ipsa guadia per combenientia obligavit se ipse guisu et suos eredes componere ipsius abbati, vel in pars ipsius ecclesie, biginti auri solidos costantinos. Verumtamen oc memoramus, et potestatem abeant ipse guiso vel eius eredes in ipse terris alii omini mittere ad laborandum, qualiter boluerint et in ipso locum anzanum de quantum est ipsa terra bacua, totum illut ipsius guisoni tradidit pro pars ipsius ecclesie, ad tenendum illut usque ipso constitutum in supradicta ratione, et per omnis annum per aree usque ipso constitutum ipse guiso vel eius eredes deant ad pars ipsius ecclesie una gallina bona, quod scripsi ego smaracdus notarius.

† Ego ademari me subscripsi

† Ego dauferius notarius me subscripsi.

DCCCXCII

A. D. 1035.

† In nomine domini septimodecimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosu princeps, filius quondam domni guaimari principis, mense aprelis, tertia indictione. Memoratorium factu a me truppoaldus venerabilis abbas scriba palatii ecclesie sancte marie pertinentem supradicti domni mangni principi et de germani eius et de eredes quondam iohanni comiti, qui fuit thio supradicti domni mangni principi, eo quod ante subscripti testes per combenientia tradidit dumnelli presbiteri et dauferi germani, filii quondam iohanni, et petri de tusciano filio quondam petri, terra cum casa pertinente supradicte ecclesie intus heç civitatem inter muro et muricino; qui da parte orientis coniunta est ad facie de pariete de casa fabrita ipsius ecclesie, in quo ego iamdictus abbas modo residente sum;

et da parte septemtrionis coniunta est ad platea; et da parte occidentis coniuntum est ad fine ipsius ecclesie, et da parte meridie coniuntum est ad muro uius cibitatis, per mensuria : a parte septemtrionis fine ipsa platea, inde sunt per latitudo pedes duodecim : a parte orientis fine ipso pariete de ipsa casa fabrita, inde sunt per longitudo pedes quadraginta tres: a parte meridie erga ipso muro uius civitatis inde sunt pedes viginti octo et medium ; a parte occidentis fine media strectola pertinentem ipsius ecclesie, inde sunt pedes nobem, et rebolbente in parte orientis iusta fine ipsius ecclesie inde sunt pedes decem et octo , et iterum rebolbente in parte septemtrionis per anditum ipsius ecclesie et coniungente in ipsa platea priore fine inde sunt per longitudo pedes triginta tres, totum mensuratum ad iusto pede manum ominum. Ideo inclita ipsa terra cum casa per iamdicte finis et mensurias, cum vice de ipsa platea et de ipso anditum, et cum scala fabrita qui est a parte septemtrionis, et cum mineaneum qui in ipsa parte est, eorum tradidit in tali ordine, ut amodo et per totum mense agustu prius benientem illis autem in tota ipsa terra facere casa solarata, sicut meruerit, cum mineaneum a parte septemtrionis, et a parte occidentis quantum retinet ipso anditum, et scala in ipsa parte occidentis ponere, et ipsa scala fabrita da parte septemtrionis, ubi meruerit, conciare et conciata illam habere, et da parte orientis iusta facie de ipso pariete de ipsa casa ipsius ecclesie mittere et fabricare debeant parietes, sicut meruerit, fundamentum usque ad facie de terra per longitudo da ipso muro et usque ad ipsa platea, et super ipso fundamentum illis fabricare et facere debeant quadtuor pile de latitudo pedes duo et per longitudo pedes quadtuor, et in altum beniant ipse quatuor pile da ipso fundamentum usque ad ipso solarium quantu meruerit, et super ipse pile ponere debeant trabes bonos de quertie, ubi repausent toti ipsa capora de travi solarili de ipsa casa, et da parte occidentis beniant ipsa casa facta ad columnee et ad lingna bona, sicut meruerit, et ab inde in supra illis facere ipsa casa ad lingnamina bona in solarium cum astracum ad calce et petre et pumice factu bonum, sicut meruerit ; et licentia et potestate illis abere rumpere in ipso muro cuius civitatis iusta ratione pro mittendum ibidem de lingnamina de ipsa casa, et tota ipsa casa beniant facta et cohoperta, et, ubi meruerit, supter et super et per medium clusa bona, sicut meruerit, et ad terra illis facere debeant clavica, unde pleniter discurre possant lavine de aqua pluviale que inde discurre solunt, ita ut da parte occidentis erga ipso labenario mittere et francare illis debeant pariete pro ipsa clavica da ipsa platea et usque ipso muro talem beniant ipsa clavica in altitudo et latitudo, ut, quando meruerit, possant homines ibidem intrare ad mundandum ipsa clavica, et, ubi in ipso constitutum ipsa casa expleta et facta illis abuerit in supradicta ratione, illis illam dividere per medietatem, et prius ego iam-

dictus abbas, vel pars ipsius ecclesie debeamus una de ipse sortis, quale boluerimus tollere una sorte, et ipsa halia sorte quod exinde remanserit, illis et suis eredibus sue potestatis illut tenere usque completi ipsi biginti nobem anni, illis ibidem residendum et ad residendum illut dare quale boluerit, et sue utilitatis iusta ratione ibidem facere; ad completi autem ipsi biginti nobem anni liceat illis et suis eredibus, et homines quod ibidem illis miserit, de ipsa casa inde exire cum omnis sua causa movilia, que intus ipsa casa illis abuerit, et ire cum illum hubi boluerit, sine contrarietate de pars ipsius ecclesie, et ipsa terra cum casa coperta, et clusa, ubi meruerit, et cum mineanea et cum scale, quale illis diebus fuerit, rebertar ad potestatem ipsius ecclesie, faciendum que boluerit. de qua per combenientia guadia mihi ipsi dumnellus presbiter et dauferi germano suo et petrus dederunt, et mediatore mihi posuerunt iannaci atrianense filio sergi de urso; et per ipsa guadia obligaberunt se et suis eredibus, ut si taliter omnia suprascripta in supradicta ratione mihi, vel in pars ipsius ecclesie non adimpleverit et aliquit inde contradixerit, per combenientia per ipsa guadia componere obligaberunt se et suis eredibus, mihi aut ad successores meos, vel in pars ipsius ecclesie, biginti auri solidi constantini. verumtamen et in ambe ipse sortionis de ipsa casa intro ipse pile illis faciant selle ad tufula, ut discurrant ipse selle in ipsa clavica bone facte, ut discurrant ipse selle per ipsa clavica et conciate bone facte, sicut meruerit, et hunc brebem scripsi ego ademari notarius.

† ego ademari notarius me subscripsi

† ego ioannes me subscripsi.

DCCCXCIII.

A. D. 1035.

† In nomine domini septimo decimo anno principatus domni nostri guaimarii glorioso princeps, filius quondam domni guaimari, mense iunius, tertia indictione. Memoratorium factum a me alferi clerico et abbate ecclesia sancti maximi ante presentia grimoaldi comiti et iudici per bona combenientia, una mecum esset amatus iudex adbocator ipsius ecclesie sancti maximi, ad tenendum et residendum tradidit costantini filio iohanni, qui dicitur russum, terra cum casa lingnitia, quod ille edificavit de monte intus salernitanam civitatem qui est pertinentem ipsius ecclesie sancti maximi, et est a super ipsa ecclesia

sancti maximi, et est de ex omni parte fine ipsius ecclesie et est per ec mensuria: a parte orientis et a parte occidentis abet de longitudo ana pedes biginti duo, et a parte meridie et da septemtrionis est de latitudo ana pedes undecim, mensuratum ad iusta manum ominum. Hec vero terra cum casa per supradicta mensuria inclitam illam ego cum predicto adbocatore ipsius costantini tradidimus in tali ordine, ut amodo et usque biginti nobem anni completi ad suam et de suis eredibus sint potestatis illam tenendum et dominandum, et fobee et omnis sue utilitatis iusta ratione ibidem faciatis, et ibidem residere et abitare, et omines ibi ad residendum mittere, et pro censum de supradicta tradictione per omnis annum deant exinde censum ad pars ipsius ecclesie usque ipso constitutum unum aureum tari bonum per annum. Ad ipsi biginti nobem anni completi liceat ille, vel eius eredes inde exire cum omnis sua causa movilia que ibi abuerint, et cum medietate ipsa lingnamina de ipsa casa, et ipsa alia medietate de ipsa casa cum tota supradicta mensuria de ipsa terra rebertar ad pars ipsius ecclesie sancti maximi, ad faciendum que boluerint, et amodo, et usque ipsi biginti nobem anni completi pars ipsius ecclesie antistare et defensare ipsius costantini et ad eius eredes inclita supradicta traditione, cum bice de via sua, da omnis homines omnique partibus, et non illut ante ipso constitutum tollere aut contrare querati ipsius costantini vel ad eius eredes; unde in eo hordine per combenientia guadia mihi ipse costantinus dedi, et mediatore mihi posuit se ipsum, et per ipsa guadia obligabit se ipse costantinus et suos eredes, ut si taliter omnia suprascripta per supradicto ordine mihi, vel in pars ipsius ecclesie, non adimpleverit et de suprascripta aliquit exinde contradixerit, per ipsa guadia et per combenientia obligavit se ipse costantinus et suos eredes componere mihi vel ad pars ipsius ecclesie sancti maximi biginti auri solidos costantinos, quod scripsi ego smaracdus notarius.

† ego qui supra grimoalt comes et iudex.

DCCCXCIV.

A. D. 1035.

† In nomine domini septimodecimo anno principatus domni nostri waimari glorioso principe. filii quondam domni waimari principis, mense iulius, tertia indictione. memoratorium factum a me alferi clerico et abbate hecclesie sancti maximi, qui sum unum de dominium ipsius ecclesie, eo quod ante subscripti ydoneis hominibus, et una mecum esset

amatus iudex adbocator predicte hecclesie, per comvenientia tradidi ad tenendum et preordinandum petri clerico, filio quondam iaquinti presbiteri, et iohanni clerico, filio quondam falconi, inclite terris cum arbustis et terris bacibe, et silbis, et abellanieta, et insiteta, et castanieta, quod pars predicte ecclesie abet per pertinentia de nuceria da locum forma in subto et usque locum stabi, ubicumque exinde inbentus dederit per ipso locum nucerie et stabi, sicut diximus, inclitum illut eorum tradidi ad tenendum et preordinandum, sceptuatum exinde de ipsa rebus quod in veneficium retinet presbiteri et clerici da pars predicte ecclesie: ipso aliut inclitum eorum tradidit in tali ordine, ud amodo et usque duodecim anni completi licead illis et suis heredibus supradicta rebus quod eorum tradidit, sue potestatis tenere et dominare et omnes utilitatis illorum iuxta ratione ibidem facere, et ipsa rebus potestatem aberent ad laborandum dare, et preordinare amodo et usque ipso constitutum, qualiter voluerit, et totum binum et abellanee, insites et castanee, quod est sortione ipsius ecclesie, annualiter faciant illis eos precurare et reponere illut ominibus illis, qui ipsa rebus ad laborandum retinunt per illo ordine et ratione, que sunt continentes brebi ipsius ecclesie, et de ipsi hominibus et omnia ipsi ominibus adimplerent in pars ipsius ecclesie, sicud ipsi brebi sunt continentes, et ipse terris que sunt pertinentem ipsius ecclesie, ubicumque exinde inbentus dederit, extra illut quod in veneficium datum tu et pars ipsius ecclesie, annualiter abto tempore usque ipso constitutum faciant illis eos laborare et seminare, qualiter melius potuerit, et totum ipso terraticum de quantum exinde illis tollere potuerit, annualiter illut adunare, et totum illut portarent ad castellum de predicto locum nucerie ad domum ipsius iohanni clerici, usque dum parutus fuerit, quod pars ipsius ecclesie conciare faciad ad cellarium de pariti de ipso locum nuceria, et ubi ipso cellario conciatum fuerit et boluerit pars ipsius ecclesie, illis autem ipso terraticum ibidem ad ipso cellarium portare per omnes annum usque ipso constitutum, et annualiter amodo et usque ipso constitutum faciad illis, vel suis eredibus scire pars ipsius ecclesie, ut ibidem dirigad missum suum, ud exinde tollere faciad pars ipsius ecclesie de totum ipso terraticum due sortis, et illis sivi abeant tertiam partem inde, et quantum servitium amodo et usque quinque anni completi de ipse terris bacibe illis tollere potuerit pro dandum illut ad seminandum, inclite due sortis illis inde darent ad pars ipsius ecclesie, et tertiam partem inde illis sibi abeant; et dum ibidem steterit ipso missum de pars predicte hecclesie pro ipso terraticum, illis eum notrire secundum illorum possibilitatem, et annualiter, quando ego vel successores meos ibidem perrexerimus pro perquirendum ipsa frudia, de ipsa frudia illis nos notrire, sicud meruerit, et annonam illis dare ad caballi nostri ibidem; tamen linum, quod annualiter inde illis tollere potueris, il-

lis eos precurare faciad, sicud est consuetudo, et ad ipso missum de pars ipsius ecclesie ibidem inde adsignare due sortis, et illis inde abeant exinde tertiam partem; quertie bero qui ibidem sunt, suo tempore illis eos colligere faciant, et inclita sortione, quod ad pars ipsius ecclesie inde ebenire debet, illis et suis eredibus salbe eos adsignare ad ipso missum de pars ipsius ecclesie ibidem. tamen et de supradicta rebus sceptuabimus una pecia de terra, qui dicitur da campum-maium, quod ipsorum petri et ioanni usque ipso constitutum modo ad frudiandum dedimus, et da ipsi quinque anni in antea usque ipsi duodecim anni completi quantum serbitium de ipsa rebus illis, vel illorum eredes, tollere potuerit, totum illut dare et adsingnare ad pars predicte ecclesie; et si forsitans infra ipso constitutum, quod est amodo et usque duodecim anni completi, de rebus ipsa ad pastenandum, sibe ad bicariandum boluerit dare pars predicte ecclesie, potestatem abeant: tantum si amodo et usque quinque anni completi de ipse terris bacibe ad pastenandum dederit pars ipsius ecclesie, per ratione dare debeant ipsorum petri et iohanni clerici de ipso serbitium, quod inde tulerit pars ipsius ecclesie, sicud per annum usque ipsi quinque anni completi de ipse terris bacibe, que superius diximus, illis inde tollere; sic tamen, ut tantum inde deant de ipso serbitium ipsorum iohanni et petri quantum pretium ipsorum ebenire debet de alia tanta terra baciba, quod ad seminandum illis dederit de ipsa rebus usque ipsi quinque anni. ad completi ipsi duodecim anni licead illis et suis eredibus, et ominibus quod illis ibidem ad laborandum miserit, inde exire cum omnes causa illorum mobilia, et inclita suprascripta rebus remicterent, sicud meruerit, ad potestatem ipsius ecclesie. unde per combenientia guadia nobis ipsi petrus et iohannes dederunt, et mediatorem nobis posuerunt romoaldus filius quondam iohanni; et per ipsa guadia obligaberunt se et suis eredibus, ut si taliter omnia suprascripta per supradicto ordine usque ipsi duodecim anni illis et suis eredibus in pars ipsius ecclesie non adimpleberit et aliquit exinde contradixerit, per ipsa guadia et per combenientia componere obligaverunt se illis et illorum eredes in pars ipsius ecclesie triginta auri solidos costantinos. verumtamen oc memoramus, ud si pars predicte ecclesie boluerit per tempum de bindemie ibidem dirigere missum suum pro recipiendum ipsa suam sortionem de ipso binum, potestatem abeant, et per omnes annum amodo et usque ipsi duodecim anni completi quantum ayraticum illis de ipsa rebus tollere potuerit, inclite due sortis illis ad pars ipsius ecclesie deant inde, et tertiam partem inde sibi abeant per supradicta guadia et obligata pena, quod scripsi ego alderissi notarius.

† Ego myrandus notarius me subscripsi

† Ego qui supra romoaldus me subscripsi.

DCCCXCV.

A. D. 1035.

† In nomine domini Dei eterni Salvatoris nostri Ihesu Christi. Waimarius divina protegente clementia langobardorum gentis princeps. Pro amore omnipotentis dei et pro salute nostrae animae, nostraeque patriae salvatione, Concedimus in monasterio sanctae et individuae trinitatis, quod situm est in cripta que est in pertinentia mitilianense, in quo domnus adelferius venerabilis abbas et spiritualis pater et orator noster praeest, ecclesiam sancti archangeli quae constructa est ultra fluvium tuscianum, cum codicibus et omni ornamento ipsius ecclesiae, cum vineis et terris vacuis per has fines et mensuras. A parte meridie incipiente a predicto fluvio tusciano et abiente in parte orientis rectum per terminos usque ad sepem et deinde abiente iuxta ipsam sepem similiter in parte orientis. Et revolvente in parte meridie secus predictam sepem usque ad viam puplicam maiorem, sunt inde passus ducenti decem. A parte orientis fine iamdicta via, sunt inde passi ducenti nonaginta usque ad aliam viam. Et ab inde revolvente in parte orientis per ipsam aliam viam passus quadraginta duo, deinde revolvente in parte septemtrionis circa finem de rebus nostri palatii et circa sepem, quae discernit inter has res et res nostri sacri palatii, passus centum usque ad aliam viam; Et exinde revolvente in parte occidentis per predictam aliam viam passus decem et octo. Et ab inde revolvente in parte septemtrionis iuxta finem supradicti nostri palatii, sicut sepis discernit, passus octoginta octo. A parte septemtrionis transcendente iamdictam viam maiorem et abiente in parte occidentis per mediam sepem et fossatum usque ad supradictum fluvium sunt passus centum quinquaginta: de aliis vero partibus fine, sicut decurrit aqua praedicti fluminis. Hae autem supradicte mensure iusto passu hominis mensurate sunt. Has omnes supradictas res cum predicta aecclesia sancti archangeli, cum casis et cellis, et cum omni ordine et pertinentia ipsius ecclesiae, et cum omnibus infra se habentibus et suis pertinentiis, qualiter per ipsas fines et mensuras circumdata est, et cum vice de viis suis, sicut supradictum est, predicto monasterio sancte trinitatis concedimus, ut amodo et deinceps per hunc nostrum roboreum preceptum cunctam supradictam nostram concessionem predictus domnus adelferius abbas eiusque successores habeant et possideant, et frudient, et de ipsis frudiis faciant omnia quae voluerint, absque omni nostra nostreque reipublicae contrarietate. Et neque a nostris iudicibus, comitibus, castaldeis, vel a quibuscumque agentibus, patiantur aliquam molestatio-

nem. Sed perpetuis temporibus cuncta supradicta concessio permaneat in iamdicto monasterio sanctae trinitatis. Tantummodo, si aliquando quecumque humana persona suprascriptum monasterium sanctae trinitatis de dominio et defensione nostra nostraeque reipuplicae quocumque modo subtraxerit, tota supradicta concessio revertatur ad potestatem nostram nostreque reipuplicae, faciendum exinde omnia quae voluerimus. Textum vero huius nostrae concessionis in predicta ratione scribere precepimus tibi truppoaldo abbati et scribe nostri sacri palatii de mense iulio indictione tertia, Anuloque nostro insigniri iussimus. Anno deo propitiante nostri principatus [1]) septimo decimo.

DCCCXCVI.

A. D. 1035.

† In nomine domini dei salvatoris nostri ihesu christi. Nos Guaimarius, divina opitulante clementia, langobardorum gentis princeps pro amore omnipotenti deo salutisque anime hac patrie nostre salvationes, quam et per postulationem purpure principisse dilecte coniugi nostre Concedimus et confirmamus tibi luca abbati monasterii sancta barbara, quod dedicatum est in pertinentia de nobe finibus salernitanis, cum omnibus rebus pertinentes ipsius monasterii, et cum molinum qui dedi . . . . est in flubio de ipsa bruca, et cum ipso castanietum qui est in pede de monte qui vocad teborio, et cum ipsa cesina que est ulter ipso flubio quod roncare fecit cosma abbas antecessore vestro. Ideo, ut diximus, inclitum ipsum monasterium cum omnibus terris, seu silbis, et iamdictum castanietum, et predictum molinum vobis concessimus, cum omnibus infra se abentibus omnibusque suis pertinentiis et cum bice de biis suis, securiter vos diebus vite vestre illut abendum, dominandum, possidendum et omnia de ipso frudium faciendum que volueritis. Et ha nostris iudicibus, comitibus, castaldeis, vel a quibuscumque agentibus, nullam exinde patiamini molestationes, set amodo et omnibus diebus vite vestre per hoc nostrum roboreum preceptum predicto monasterio cum omnia suprascripta, et cum omni sua pertinentia, securo nomine abere et possidere valeatis in iamdicta ratione; quod vero preceptum concessionis ex iussione supradicte potestatis scripsi ego romoaldus in sacro palatio in anno septimo decimo principatus [2]) supradicti domni guaimari gloriosi principis de mense iulio indictione tertia.

[1]) Loco sigilli cerei.

[2]) Idem.

DCCCXCVII.

A. D. 1035.

† In nomine domini octabo decimo anno principatus domni nostri guaimari glorioso principe, filio quondam domni guaimari, mense octuber, quarta indictione. Memoratorium factu a me musandus diaconus filius idem musandi, eo quod ante presentia domni adelferi abbatis, qui est unum de dominii ipsius ecclesie, et ibique esset subscripti testes, per iussionem ipsius domni abbatis ad tenendum et laborandum tradidit iohanni et petri germani filii quondam iohanni lauretani media una pecia de terra cum arbustis, quod pars ipsius ecclesie abet in locum nuceria ad barbacianu, propinquo ecclesia sancti polisti, quod ego qui supra musandus diaconus illut in beneficium retineo a pars ipsius ecclesie qui est per ec finis et mensurie: a meridie fine bia publica, inde passi quadraginta dui: a pars occidentis fine similiter via, inde passi quadraginta: a sebtemtrione sicut media sepe et sabuci discernit, inde passi biginti quadtuor et medium et cubito unum; abinde rebolbente in pars sebtemtrionis sicut inde sabuci et media sepe discernit, inde passi quadtuor et medium et cubito unum; abinde rebolbente in pars occidentis passi octo et cubito unum; abinde rebolbente in pars sebtemtrionis, sicut sabuci discernit, inde passi duodecim; abinde rebolbente in pars orientis per media sepe passi quadtuordecim; abinde rebolbente in pars sebtemtrionis per media sepe inde passi quinquaginta sex: iterum et a pars sebtemtrionis fine bia publica inde passi decem, et a pars orientis sicut media sepe discernit, et sicut rebolbit ipsa sepe, inde passi centum decem et octo et cubito unum; abinde rebolbente in pars occidentis, sicut sabuci discernit, inde passi sidecim; et abinde rebolbente in pars meridie, sicut inde media sepe et sabuci discernit, et coniungente se in ipsa via priore fines inde passi biginti octo, totum ad iusto passum omini mensuratum; de ec vero predicta pecia de terra cum arbustis per iamdicta omnis mensuria inclita medietatem in pars orientis ipsorum nominati germani ad tenendum et lavorandum tradidimus tali ordine, ut amodo et semper, natos nascente, ad sua et de suis eredibus sint potestate eos tenendum et dominandum, et fobee et omnis sue utilitatis iusta ratione ibidem faciant et, ubi meruerit, per circoitum ipsum arbustum cludant, et semper clusum abeant, et ipso arbustum temporibus suis potarent, propaginarent, et, ubi meruerit, arbores et vites infra ipso arbustum ibi pastenarent et cultarent, et sic totum ipso arbustum laborarent et cultarent de super et de subter, sicut locus ipse meruerit, quatenus proficiant et non dispe-

reant; et cum vindemie tempus fuerit, faciant illis vel suis eredibus me vel pars ipsius ecclesie scire, ut dirigamus ibidem missum noster, et illis vel suis eredibus totum ipso arbustum vindemiarent et totum ipso vinum ibique ad palmentum inter nos dividamus: ipso missum nostrum tollat ipso vinum medietatem, et illis vel suis eredibus tollat reliqua medietate, et ipsa nostra medietate, de ipso vinum illis, vel suis eredibus, adducere usque ad cellario, quod ipsa ecclesia abet in eodem loco nucerie a li pariti, et reponant illut in organeum quod eorum adsingnaberimus, et ipsu organeum per illis siat bonum conciatum et studiatum; et dum ibidem steterit ipso missum, illis eum notrire secundum illorum possivilitatem, et si ibidem ecum abuerimus, illis vel suis eredibus darent ei manducare erba et palea et ordeum, dum ibi steterit, ut sufficiant, et darent nobis palmentatico, sicut meruerit; et que amodo et semper ibidem seminaberint, deant nobis vel ad pars ipsius ecclesie terraticum secundum consuetudinem de ipso locum; et quale tempore illis vel suis eredibus ipsa tradictione tenere et laborare non boluerint, illis vel suis eredibus inclita ipsa tradictione lavorata et cultata, et, ubi meruerit, clusa remittant ad potestate ipsius ecclesie. unde pro taliter ipsi germani per convenientia per iussionem ipsius abbati guadia mihi qui supra musandi diacono dederunt, et mediatorem mihi posuit leo filius ursi gaudiosi; et per ipsa guadia obligaberunt se et suis eredibus. Quod si taliter omnia suprascripta mihi, vel ad pars ipsius ecclesie, non adimpleverit et aliquit inde contradixerit, tunc per comvenientia per ipsa guadia componere obligaverunt se et suis eredibus mihi, vel ad pars ipsius ecclesie, biginti auri solidi constantini, quod scripsi ego radoaldus notarius.

† Ego iaquintus

† Ego iaquintus notarius me subscripsi.

DCCCXCVIII.

A. D. 1035.

† In nomine domini septimodecimo [1] anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense nobember, quarta indictione. Declaro ego grimoaldus domini gratia archiepiscopus sancte sedis archiepiscopatus salernitano, quoniam iannaci atrianense filius quon-

---

[1]) Lege: *decimo octavo.*

dam ursi abuit ecclesia constructa in rebus sua de locum beteri in onore sancte dei genetricis et virginis marie, et in onore sancti ioannis bactista, et ecclesia ipsa a sarraceni destructa est, et postmodum ipse iannaci ecclesia ipsa iterum fabricabit et conciabit et ad culmen illam perduxit, et postulabit meipse iannaci, ut ecclesia ipsa dedicaremus, et libertatem de ipsa ecclesia et de rebus ipsius ecclesie ei emicteremus per illo ordine, sicut inferius declarad, et ille dare nobis exinde duas libras argenti; nos autem talia audientes, cepi exinde abere colloquium cum petrus notarius adbocatorem nostri archiepiscopii et cum cleros onoratos nostri archiepiscopii. Inito consilio, comparuit omnibus nobis talia faciendum, et ut firmiter illut perficere baleamus, ec omnia suprascripta supradicte gloriose potestatis nuntiabimus, ut per licentiam anc faceremus convenientia; ille autem talia audientes, solutionem nobis dedit talia faciendum, etiam et de sua presentia inter medium nostrum exendum direxit petrum iudicem missum suum, et nos utrisque partes obserbantes ea que in edicti capitulo de combenientia afflctum est, par partium combocabimus subscriptis idoneis hominibus, ut quo utrumque fecerimus, omni tempore firmum stavilemque manerent. quo ita factum, ego superius dictus grimoaldus domini gratia archiepiscopus recepi a te iamdicto iannaci ipse due libre argentee, et nos per bona combenientia, una mecum ipsum adbocatorem, per hanc scriptionem confirmavimus tibi iamdicto iannaci ipsa ecclesia sancte marie et sancti iohanni cum ipsa rebus ipsius ecclesie, ut omni tempore a pars nostri episcopii secura et libera et indemne permanead, et semper sid ad potestate tua et de tuis eredibus omni tempore presbiteri et clerici et monachi ibidem ordinandum, quantos et quales et qualiter, aut quomodo tibi vel ad tuos eredes placuerit, sine omni contrarietate vel requisitione de partibus nostri archiepiscopii, et quale presbiteros et clericos vel monachi, per te et per tuis eredibus, quomodocumque ibidem ordinatos fuerit, sic ibidem siad et permanead semper, et omni tempore securi et liberi et indemme permanead, asque omni molestatione et contrarietate nostra et de nostris successoribus et pars nostri archiepiscopii; et concedimus et confirmamus in ipsa ecclesia bactismum sacramentum omnique ordine fidei rationabiliter peragendum et secundum instituta patrum, aqua santificata spargere per domos de ipso locum beteri infra hec fines da molina, que edificate sunt in ipso flubio beteri descendente per ipso flumen usque in mare: de alia parte fine ipso mare, et da ipso mare habiente in parte septentrionis usque petre que dicitur furca alfani, et da ipsa furca derictum saliente usque in monte qui est a super ecclesia sancte marie: de super parte fine ipso monte. Ideo, ut dicimus, quante domibus infra ipse fines sunt, aut in antea ibidem facte fuerit, licentiam abeant ipsi presbiteri annualiter, sicut ordinem et consueta est prius exinde aqua sanctificata spargere et

cruces ponere, et licentiam abeant ipsi presbiteri in ipsa ecclesia mortuos recipere et sepeliri, et infirmos visitare; et neque nos, neque nostris successoribus, nec pars nostri archiepiscopii, nullam angariam, aut serbitium, vel quolibet censum, aut dationem imponere aut exigere queramus ab ipsi presbiteri et clerici, seu monachi, que in ipsa ecclesia per vos aut per vestris eredibus quomodocumque ordinatum fuerit, set, sicut iam supradictum est, omni tempore de omnibus securi et liberi et indemnes permanead a pars nostra et de nostris successoribus et pars nostri archiepiscopii, et omni tempore in die sanctu iobis demus ad ipsi presbiteri de iamdicta ecclesia firmatam, et in die sabati sancti demus eorum crisma et oleo sancto asque omni ratione; et si eminente peccato quacumque ratione altare ipsius ecclesie contaminati fuerit, per omnes vices demus ad ipsi presbiteri de iamdicta ecclesia aqua sanctificata pro reconciliandum ipsi altari, et que per vos et per vestris eredibus de rebus et causam vestram de vestris proprietatibus in ipsa ecclesia datum est, seu fuerit, et que per alii hominibus, de suis rebus et causis de suis proprietatibus, quomodocumque ibidem datum fuerit, seu offertum, semper firmiter permanead in ipsa ecclesia, et non abeamus potestatem aliquando, nec nos, nec nostris successoribus, nec pars nostri archiepiscopii per qualecumque modum aliquit exinde tollere, aut contrare, seu minuare, aut in qualecumque parte ipsa ecclesia vel rebus eius in beneficium dare, aut ad nostram potestatem illut abere; set semper ipsa ecclesia cum omnis pertinentia de ipsa ecclesia ad vestra et de vestris eredibus sint potestatem ordinandum et faciendum, quomodo aut qualiter boluerítis, et licentiam abeant ipsi presbiteri, seu diaconos in die sabati sancti cereum ibidem venedicere. de qua per vona combenientia ego supradictus grimoaldus domini misericordia archiepiscopus obligo me et meis successoribus et pars nostri archiepiscopii, ut si aliquit, de quod superius legitur, remobere aut contrare quesierimus, aut si quodcumque causationes inde vobis preposuerimus, per bona combenientia, componere obligo me qui supra grimoaldus domini gratia archiepiscopus, et meis successoribus, et pars nostri archiepiscopii, tibi tuique eredibus centum auri solidos constantinianos, et ut scriptio ista in aliis modis non esset transmutata, ista vobis emisimus, et alia tale inde retinemus ad potestatem nostri archiepiscopii, et taliter scribere rogavimus te alfanus notarius, actum salerno.

† Ego qui supra grimoaldus archiepiscopus
† Ego landolfus archidiaconus
† Ego ragemprandus presbiter
† Ego qui supra petrus iudex
† Ego cedrus presbiter

† Ego guarimpotus yppodiaconus

† Ego petrus notarius me subscripsi

† Ego qui supra petrus notarius me subscripsi

† Ego ademari notarius me subscripsi.

DCCCXCIX.

A. D. 1035.

† In nomine domini octabo decimo anno principatus domni nostri guaimari glorioso principe, filio quondam domni guaimari, mense nobember, quarta indictione. Memoratorium factu a nobis iohannes clericus et petrus clericus, qui sumus ministri de ecclesia sancti maximi, eo quod ante presentia domni adelferi abbas ipsius ecclesie sancti maximi, qui est unum de dominii ipsius ecclesie, et ibique esset subscripti testes, per iussionem ipsius domni abbati per comvenientia et pro pars et vice ipsius ecclesie ad tenendum et laborandum et pastenandum arbustum et abellanietum tradidimus guisoni filio martini, et risi, et alperti germani filii bisantii, de rebus pertinentem ipsius ecclesie, quod abet in locum nuceria a subtus barbaciano, locum ubi a lu pratu dicitur, per ec finis et mensurie: a pars occidentis fine ipsius ecclesie, inde passi quinquagintaquinque; a pars sebtemtrionis fine ipsius ecclesie, inde passi centum: a pars orientis fine ipsius ecclesie, inde passi quinquaginta: a meridie fine ipsius ecclesie, inde longitudo passi centum sebtem, totum ad iusto passum omini mensuratum. ista terra per iamdicte finis et mensurie totum et inclitum illut cum omnia intro se abentibus et cum vice de via sua ipsorum guisoni, et risi, et alperti ad tenendum et pastenandum arbustum et abellanietum tradidimus, ut abeant da una planta in alia de latitudo et longitudo in omni loco, ubi pastenaberint, ana passi decem: ipsorum guisoni tradidimus eos medietatem et ipsorum germani alia medietate, tali ordine, ut amodo et usque quadtuordecim anni ad sua et de suis eredibus, seu ad omines qui ibidem miserint, sint potestate eos tenendum et dominandum, et fobee et omnis illorum utilitatis iusta ratione ibidem faciant, et totum eos pastenarent arbustum de bono vitineo et abellanietum de bone abellane, et eos cultarent, sicut meruerit; et quantum vinum ibi fecerint amodo et usque octo anni completi, totum sue sint potestatis, et quante abellane amodo et usque duodecim anni completi ibidem fecerint et collexerint, similiter sue sint potestatis, et nullam sortionem inde ad pars

ipsius ecclesie deant; ad completi autem ipsi quadtuordecim anni illis autem et suis eredibus abeant in tota ipsa terra per ipsa mensuria arbustum et abellanietum factu, operatum, et cultatum, et surtum, de super et de subter, sicut de tantos annos locus ipse meruerit, ut vene paread factum, et abinde in antea omni tempore, natos nascente, illis vel suis eredibus, seu omines qui ibi miserint, boluerit tenere et lavorare, totum sue sint potestatis illut tenendum et dominandum, et fobee et omnis sue utilitatis iusta ratione ibidem faciant, et totum ipso arbustum suo tempore lavorarent et cultarent de super et de subter, sicut locus ipse meruerit, quatenus proficiant et non dispereant; et da ipso constitutum in antea per vindemie tempore faciant illis scire pars ipsius ecclesie, ut dirigat ibi missum, et illis ipso arbustum temporibus suis vindemiarent, et totum ipso vinum ad palmentum in eodem loco nuceria dividere, et tollant ipso vinum tertia parte et illis due sortis, et ipso abellanientum suo tempore colligere et seccare, et tertiam parte inde dare ad ipso missum, et due sortis inde sivi abeant; et dum ibi steterit ipso missum pro recipiendum ipso frudium, illis eum notrire secundum sua possivilitatem, et deant ei palmentatica, sicut meruerit; et que amodo et semper in ipsa rebus seminaberint, deant inde ad pars ipsius ecclesie terraticum secundum consuetudinem de ipso locum; et quale tempore da ipsi quatuordecim anni in antea ipsa tradictio tenere et laborare non boluerint illis vel suis eredibus, inclita ipsa rebus laborata et cultata remittant ad potestate ipsius ecclesie. berumtamen da illo tempore, quod illis sortionem dederint ad pars ipsius ecclesie, per vindemie tempore ipsa tertia parte de ipso vinum ipsius ecclesie portarent illis, vel illorum eredes, per plaiu uius nucerie da lu mercatu in subtus, ubi paratus fuit cellarium ipsius ecclesie, et reponant illut in organeum ipsius ecclesie, quod eorum adsignaberint, ipso organeum per illis omne annum flat vonum conciatum, sicut meruerit. unde pro taliter per vona comvenientia pro pars et vice ipsius ecclesie guadia nobis ipsi guiso, et riso, et alpertus dederunt, et mediatorem nobis posuerunt se ipsis, et per ipsa guadia obligaverunt se et suis eredibus; quod si taliter omnia suprascripta ad pars ipsius ecclesie non adimpleverint et aliquit inde contradixerint, per ipsa guadia componere obligaberunt se et suis eredibus ad pars ipsius ecclesie triginta auri solidos constantinianos, quod scripsi ego romoaldus notarius.

† Ego dauferius notarius me subscripsi

† Ego smaracdus notarius me subscripsi.

CM.

A. D. 1035.

† In nomine domini octabo decimo anno principatus domni nostri guaimari glorioso principe, filio quondam domni guaimari, mense december, quarta indictione. memoratorium factu a nobis iohannes clericus et petrus clericus, qui sumus ministri de ecclesia sancti maximi, eo quod ante presentia domni adelferi abbas ipsius ecclesie sancti maximi, qui est unum de dominii ipsius ecclesie, et ibique esset subscripti testes, per iussionem ipsius abbati et pro pars et vice ipsius ecclesie ad tenendum, et lavorandum, et pastenandum abellanietum tradidimus abalsami filio teuderici, et cicerus filio quondam iohanni, et iaquinti qui est genero maghenolfi pisapia, et gaiderisi filio quondam lupeni, et mari filio quondam petri, de rebus pertinentem ipsius ecclesie, quod abet in locum nuceria ubi cancellata dicitur, qui est per ec finis et mensurie: a pars sebtemtrionis fine bia publica, inde passi centum triginta dui minus cubito unum: a pars orientis fine ipsius ecclesie, inde passi octuaginta quinque: a meridie fine ipsius ecclesie, inde sunt passi centum triginta: a pars occidentis fine ipsius ecclesie, inde passi sebtuaginta quadtuor, totum ad iusto passum omini mensuratum. de ista terra per iamdicta mensuria inclita quartam parte in ipsa pars orientis ipsorum nominati gaiderisi et mari ad tenendum et pastenandum abellanietum coniunctum cum illut, quod tenet ad pastenandum da pars ipsius ecclesie tradidimus, et de relique tribus sortionibus ipsius abalsami tradidimus medietatem, et ipsorum ciceri et iaquinti tradidimus reliqua medietate: ista terra per iamdicta mensuria, qualiter superius per partes compreenserunt, licead illis et suis eredibus illut tenere, et laborare, et pastenare abellanietum de bone abellane et, natos nascente, illis et suis eredibus illut tenere, et fobee et omnis sue utilitatis iusta rationem ibi faciant illis, vel omines qui ibi miserint, et eos cultarent, sicut meruerit, et quando illut pastenaberint, abeant da una planta in alia passi decem, et quante abellane amodo et usque decem anni completi ibidem collexerint, totum illorum sint potestatis, faciendum inde omnia quod voluerint, et nullam sortionem inde ad pars ipsius ecclesie deant; et amodo et usque quadtuordecim anni illis autem et suis eredibus abeant in tota ipsa ter ra abellanietum factum, operatum, et cultatum, et surtum de super et de subter, sicut de tantos annos locus ipse meruerit, ut bene paread factum; et quante abellane da ipsi decem anni in antea omni tempore annualiter temporibus suis colligere et portare ad domus sua quod per partes abet in eodem loco nuceria, et ibi seccare ipse abellane; et da ipsi decem anni in antea an-

nualiter faciant scire pars ipsius ecclesie, ut dirigat ibidem missum et cum ipso missum dividant ipse abellane, et tollat inde tertiam parte, et illis vel suis eredibus tollant due s ortis, et ipso missum notrire secundum sua possivilitatem, et que amodo et semper ibidem seminaberint, deant inde ad pars ipsius ecclesie annualiter terraticum secundum consuetudinem de ipso locum; et quale tempore da ipsi quadtuordecim anni in antea ipsa tradictio tenere et laborare non boluerint, inclita ipsa rebus laborata et cultata remittant ad pars ipsius ecclesie. unde pro taliter per vona convenientia pro pars et vice ipsius ecclesie guadia nobis i omnes supradicti dederunt et fideiussores per partes placientes posuerunt se ipsis; et per eadem guadia obligaverunt se et suis eredibus, quod si taliter omnia suprascripta per supradicto hordine ad pars ipsius ecclesie non adimpleverit et aliquit inde contradixerit, per ipsa guadia per vona comvenientia componere obligaverunt se et suis eredibus ad pars ipsius ecclesie triginta auri solidos constantinianos, quod scripsi ego romoaldus notarius.

† Ego alderissi notarius me subscripsi

† Ego alderissi notarius me subscripsi.

CMI.

A. D. 1035.

Summarium:

† Decimo octavo anno principatus Guaimarii filii quondam Guaimarii principis, mense « Decembri, quarta Indictione. *Memoratorium* factum a Iohanne et Petro clericis ministris « ecclesiae Sancti Maximi, coram Alferio abbate eiusdem ecclesie aliisque testibus, quo « avellanetum Nuceriae, ubi *a lu Pratu* dicitur, ad tenendum et excolendum conceditur « Ruscinio filio quondam Iohannis et Iohanni filio quondam Maranci ad annos decem pro « consueto terratico et tertia parte fructuum avellaneti.

Finis textus:

Quod scripsi ego romoaldus notarius.

† Ego Alderissi notarius me subscribsi

† Ego Alderissi notarius me subscripsi.

CMII.

A. D. 1035.

† In nomine domini octabo decimo anno principatus domni nostri guaimari glorioso principe, filio quondam domni guaimari, mense december, quarta indictione. Memoratorium factu a nobis iohannes clericus, et petrus clericus, qui sumus ministri de ecclesia sancti maximi, eo quod ante presentia domni alferi abbatis ipsius ecclesie sancti maximi, qui est unum de dominii ipsius ecclesie, et ibique esset supscripti testes, per iussionem ipsius abbati et pro pars et vice ipsius ecclesie ad tenendum et lavorandum et pastenandum abellenietum tradidimus gaiderisi filio lupeni et mari filio puri, qui sunt cognati, de rebus pertinentem ipsius ecclesie quod abet in locum nuceria, ubi cancellata dicitur a super angre, qui est per ec finis et mensurie: a pars sebtentrionis fine bia publica, inde passi quinquaginta unum: a pars occidentis fine ipsius ecclesie, inde passi octuaginta sex: a meridie fine ipsius ecclesie, inde passi quinquaginta quinque et cubito unum: ab oriente fine ipsius ecclesie, inde passi nonaginta octo, totum ad iusto passum omini mensuratum. ista terra per iamdicta mensuria tota et inclita, cum omni sua pertinentia et cum vice de ipsa via, ipsorum nominati ad tenendum et pastenandum abellanietum tradidimus tali ordine, ut amodo et usque quadtuordecim anni completi ad sua et de suis eredibus sint potestate eos tenendum et dominandum, et fobee et omnis sue utilitatis et omines, quem ibidem miserint, ibi faciant iusta ratione, et tota ipsa terra pastenarent avellanietum rationabiliter da una planta in alia abeant passi decem, et eos cultarent; et quante abellane amodo et usque decem anni completi ibidem fecerint et collexerint, totum sue sint potestatis, et nullam sortionem inde ad pars ipsius ecclesie deant, et que da ipsi decem anni in antea omni tempore, natos nascente, annualiter ibidem abellane collexerit, potestatem abeant ille portare usque ad domus sua in eodem loco nucerie, ubi abitant, et seccare ille, et faciant scire pars ipsius ecclesie, ut dirigat ibidem missum, et illis tote ipse abellane dividant cum ipso missum: ipso missum tollat eos tertia parte, et illis vel suis eredibus tollat relique due sortis, et ipso missum, quando ibidem direxerint, illis eum notrire secundum sua possivilitate; et amodo et usque ipsi quadtuordecim anni abeant in tota ipsa terra per ipsa mensuria abellanietum pastenatum de bone abellane et operatum et surtum, de super et de subter, sicut de tantos annos locus ipse meruerit, ut vene pareat factum; et abinde in antea omni tempore, natos nascente, ad sua et de suis eredibus sint potestate eos tenendum et dominandum, et fobee et omnis sue utilitatis iusta ratione ibi faciant, et annualiter ipse

abellane colligere et seccare ad ipsa domus sua, et dividant ipse abellane cum ipso missum tollad inde tertiam parte, et illis vel suis eredibus tollat due sortis, et ipso missum notrire secundum sua possivilitatem; et que amodo et semper ibi seminaberint, deant inde annualiter ad pars ipsius ecclesie terraticum secundum consuetudinem de ipso locum; et quale tempore illis et suis eredibus da ipsi quadtuordecim anni in antea ipsa tradictio tenere et lavorare non boluerint, inclitum illut lavoratum et cultatum remittant ad potestate ipsius ecclesie. unde pro taliter per vona convenientia pro pars et vice ipsius ecclesie guadia nobis ipsi nominati gaiderisi et mari dederunt, et mediatorem nobis posuerunt ruscinio filio iohanni de locum barbaciano, et per vona comvenientia per ipsa guadia obligaverunt se et suis eredibus; quod si taliter omnia suprascripta ad pars ipsius ecclesie non adimpleverint et aliquit inde remobere aut contrare quesierint, per vona convenientia per ipsa guadia componere obligaberunt se et suis eredibus ad pars ipsius ecclesie triginta auri solidos costantinianos, quod scripsi ego romoaldus notarius.

† Ego alderissi notarius me subscripsi

† Ego ursu me subscripsi.

CMIII.

A. D. 1035.

† In nomine domini octabo decimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, filii quondam domni guaimari principis, mense december, quarta indictione. Memoratorium factu a me ligori atrianense filio quondam sergi, qui bocabat butrunnile, eo quod ante presentia hamati iudici coniuntu sum cum catoala hatrianense filia quondam leoni qui bocabat butruvile, et cum stefanus atrianense filio quondam sergi: ipse stefanus pro vice gemme sorore sua que fuit uxor sergi atrianensis germani ipsius catoale, etiam et pro vice infantule nepote ipsius stefani nomine blactule et filia ipsius sergi et predicte gemme, propter ad dividendum terris cum vineis, et pomiferis, et terris bacibe, quod commune abemus in locum luco via, ubi a lu stainum dicitur, quod mihi et predicta catoala et ipsius sergi pertinuit per successionem mihi iamdicto ligori inde pertinet abere medietate, et ipsius catoala et predicto sergi germano suo pertinet abere alia medietatem; et statim, sicut utraque partes complacuit, divisimus tota rebus ipsa et fecimus exinde due sortis, una sorte fecimus esse in parte orientis et alia sorte fecimus esse in parte occiden-

tis. ipsa sortione da parte orientis per hec finis et mensuria: ha parte orientis, quod est de capite fine bia publica, inde sunt per ipsa bia passi octuaginta quadtuor; et da ipsa bia pergente et descendente per termiti et coniungente in una rebolta in quo duobus termiti ficti sunt, et inde sunt passi centum quadtuor; et da ipsi duobus termiti rebolbente et descendente per termiti et coniungente in medio ballone, qui est quasi in parte meridie in quo unum termine fiximus, inde sunt passi sexaginta quinque; et de ipso termite rebolbente et descendente in parte occidentis per ora de ipso ballone et coniungente in unum termite, qui fictu est inter ista sorte et ipsa halia sorte, inde sunt passi duocenti et guvitum unum; et iterum rebolbente in parte septemtrionis per termiti iusta ipsa halia sorte, in quo unum termite fictum est, inde sunt passi quinquaginta tres, et da ipsi quinquaginta tres passos rebolbente in pars occidentis iusta. . . . . quod inter nos commune divisimus, et coniungente in unum termite, qui fictum est inter ista sorte et ipsa halia sorte, inde sunt passi sexaginta; et da ipso termite rebolbente iusta ipsa halia sorte et prebaricante ipsa bia nostra commune in pars septemtrionis et coniungente in medio balluncellum inde sunt passi biginti sex; et iterum rebolbentem et saliente per ora de ipso balluncellum et coniungente ad una pecia de terra cum vinea et pomis et bacibum, in quo casa fabrita et furnum modo habet que adiunta est in ipsa halia sorte, inde sunt passi centum triginta quinque; et da ipso ballone rebolbente quasi in parte meridie iusta ipsa pecia que, ut diximus, adiunta est in ipsa halia sorte et coniuncta ad ipsa bia nostra comune, inde sunt passi quadraginta septe usque in ipsa bia nostra commune; et iterum rebolbente et saliente in parte orientis da completi ipsi quadraginta septem passi per ipsa bia nostra commune, quod inter nos commune divisimus, inde sunt passi centum sexaginta usque unum termite qui fictum est iusta ipsa bia; et da ipsa bia, in quo ipsu termite fictum est, rebolbente in parte septentrionis iusta halia bia comune, quod inter nos similiter divvisimus comune, inter ista sorte et ipsa halia sorte et coniungente in unum balluncellum inde sunt passi quinquaginta quadtuor; et iterum rebolbente et saliente per medio ipso balluncellum, unde hiver tempus acqua decurrit, sicut diximus, saliente inde in parte orientis, et coniungente in ipsa bia publica et inde sunt passi centum biginti; et in ista sorte adiunsimus una peciola de terra baciba, qui dicitur da la iscla qui est per ec finis et mensuria: ha parte occidentis iusta ipsa halia sorte, sicut terminatum est da medio ballone pergente in parte septemtrionis, inde sunt passi quinquaginta minus guvita dua in bia nostra commune, quod inter ambe ipse sortis inter nos commune divisimus: a septentrionis pergente erga ipsa bia nostra commune inde sun passi quinquaginta: a parte orientis relaxante ipsa bia et pergente in parte merid

iusta fine padule nostra commune, inde sunt passi tridecim: ab ipsa pars meridie similiter fine ipsa palude quod, sicut diximus, nostra commune, inde sunt passi octuaginta duo. Tota suprascripta rebus per iamdicte finis et mensuria fecimus exinde una sorte cum vice de ipse bie: tantum inde sceptuavimus una peciola de terra cum vinea cum vice de bia sua da parte septemtrionis, ut cum boves iunctos et cum alia causa per ipsa bia ingredere et regredere possa ad ipsa peciola illis qui ipsa sorte comprenserit, pro quibus ipsa peciola per ipsa mensuria cum vice de ipsa bia in ipsa halia sorte adiunsimus; ipsa halia sorte qui est da pars occidentis, qui est per hec finis et mensuria: ha parte orientis incipiente da medio ballone qui est a parte meridie, et pergente in parte septemtrionis per termite qui ficti sunt inter ista sorte et ipsa priora sorte, inde sunt passi sexaginta sex, in quo unu termite fictum est, et iterum rebolbente in parte occidentis erga ipsa bia nostra commune usque in unum termite inde sunt passi octuaginta quinque; et da ipso termite rebolbente et prebaricante ipsa bia et pergente erga ipsa priore sorte in parte septemtrionis usque in unum ballitellu inde sunt passi triginta septe; et iterum rebolbente in parte occidentis erga ipso ballitellu inde sunt passi centum quadraginta; et da parte occidentis fine ipso ballitellum, unde ver tempus aqua decurrit; da ipsa rebolbente pergente in parte meridie et coniungente in alio ballone, qui est da ipsa pars meridie, inde sunt passi nonaginta sex usque medio ipso ballone; et iterum robolbente et saliente per ora de ipso ballone in parte quasi orientis et coniungente in unum termite, qui fictum est inter ista sorte et ipsa pecia, qui dicitur da la iscla qui adiunta est in ipsa priore sorte, inde sunt passi quinquaginta sex; et da medio ipso ballone rebolbente in parte septemtrionis, sicut terminatum est, et coniungente in ipsa bia nostra commune et inde sunt passi octuaginta minus guvita dua; et prebaricante ipsa bia et rebolbente in parte quasi orientis, et saliente erga ipso ballone in parte orientis et coniungente in ipso priore termite, qui fictum est inter ista sorte et ipsa priore sorte, inde sunt per tota ista fine passi centum nonaginta nobe; et in ista sorte adiunsimus una pecia de terra cum vinea et pomis et bacibum, in quo modo ibi casa fabrita et furnum abet per mensuria a parte orientis fine ipsa bia nostra comune, sicut terminatum est, inde sunt passi centu octuaginta quinque; et da ipso termite rebolbente in parte septentrionis iusta ipsa bia nostra commune, quod inter nos commune dimisimus, et coniungente in uno ballitellum, et prebaricante ipso ballitellum, et pergente per ipso ballitellum, descendente et coniungente in alio ballone et inde sunt per tota ista fines passi centum biginti duo; sicut diximus, per tota ista fines et mensuras communiter reserbavimus bia inter nos et nostris eredibus per partes nos abendum da ipsa halia bia nostra commune et usque in ipso ballone ad aqua inde aurien-

dum quanta boluerimus, et animaliis nostris per partes ibi adaquandum; et da inde rebolbente et descendente per ipso ballone in parte occidentis et coniungente in ipsa priore sorte inde sunt passi centum biginti quadtuor et guvitu unu; et ab inde rebolbente da medio ipso ballone in parte quasi meridie iusta ipsa priore sorte et coniungente in priore fine inde passi octuaginta septe; et in ista sorte adiunta est ipsa supradicta peciola de terra cum vinea, qui de una parte coniunta est ad pastinum per ipsa mensuria, que superius de ipsa priore sorte sceptuavimus et iam supradictum est, in ista posteriore sorte adiunta est cum vice de ipsa bia, sicut supradictum est, et omni tempore pars partium inter nos et nostris eredibus et ipsorum catoale, et gemme, et blactole, et illorum eredes sic abeamus ipse bie ad ipsa haqua et per ipsa halia loca usque ad ipsa bia publica, sicuti de antea usque modo bie ipse infra ipsis rebus unde fuerit omni tempore de latitudo ipse bie ana passi duo: tota omnis suprascripta mensuria mensurata fuit ad iusto passum homini. unde prius ipsi catoala et predictus stefanus, pro vice de ipse sorore et nepote suaque stefani, comprenserunt ipsa sortione da parte occidentis, qualiter superius fecimus esse una sorte cum illut quo ibi adiuntum est, qualiter superius illa fecimus esse una sorte. hec sortis fecimus per illa ratione que supradictum est, sic per partes illas inter nos tradidimus cum omnia infra se abentibus et suis pertinentiis et cum vice de ipse bie, sicut supradictum est, ad faciendum per partes unusquisque de sua sortione omnia quod boluerimus, absque unus alteru contrarietate vel requisitione, ita de ipsa sortione da parte occidentis quod illis compreenserunt, abeant illas ipse catoala et eius eredes medietate, et ipsa gemma cum ipsa blactola filia sua et illorum eredes abeant alia medietate, quia sic per partes inde illorum pertinet et, sicut inter nobis complacuit, guadiavimus inter nos; tamen ipse stefanus pro vice ipsius gemme et ipse blactole ego posuit inde mediatore iohannes, qui bocat ciprianum et filium quondam petri sergi, et illis similiter mediatore mihi posuerunt ipsum iohannis ciprianum filium predicti petri sergi; et per ipsa guadia *etc. Sequitur consueta formula, statuta mulcta centum auri solidorum constantinianorum.* verumtamen oc recolimus, ut si ipsa gemma et ipsa bactola filia sua et illorum eredes in suprascripta divisione mecum et cum meos eredes firmiter non permanserit et aliquit exinde contradixerint, per ipsa guadia componere obligavit se ipse stefanus et suos eredes mihi iamdicto ligori et ad meis eredibus centum auri solidos constantinianos, et omni tempore ipse stefanus et suos eredes in suprascripta divisione faciat permanere ipsa sorore et nepote sua et illorum eredes mecum et cum meos eredes, et hunc brebem scripsi ego ademari notarius.

† Ego qui supra amatus iudex.

CMIV.

A. D. 1035.

† In nomine domini octabo decimo anno principatus domni nostri guaimari glorioso princeps, filii quondam domni guaimari principis, mense december, quarta indictione. memoratorium factu a me truppoaldus dei gratia habbas scriba palatii ecclesie sancte marie pertinente supradicto mangni principi et de germani eius et de eredes iohanni comiti thio illorum, eo quod intus an salernitanam civitatem ante subscripti idonei testes, una mecum adesse ademari notarius adbocatore eiusdem ecclesie tradidi, ad tenendum et laborandam una clusuria de terra cum arbustu vitatum, et pomis, et aliquante quertie criscentii, qui fuit de roma et modo est avitante de predicta civitate salerno, quod pars predicte ecclesie abet in locum liciniano finibus salernitane, et est ipsa clusuria de ipsa rebus per ec finis et mensuria: de capite fine bia qui discernit inter ec rebus et rebus ecclesie sancti eustasii subgecta et pertinente predicte ecclesie sancte marie, inde passi sexaginta: ab oriente fine bia commune, inde passi centum: a meridie fine media sepe et termiti, et abinde rebolbente in ipsa pars meridie inde passi octuaginta, sicut per ista parte media sepe discernit, et abinde rebolbente in parte occidentis, sicut medio carbonario discernit, inde passi triginta septe, sicut aliqua parte finis ipsius ecclesie discernit: ab occidente fine medio carbonario, inde passi centu sexaginta sex usque ipsa priore fine, totum mensuratum ad iusto passum ominum inclitum illut ipsius criscentii tradidi ad tenendnm et laborandum: tantum inde sceptuavimus una peciola de terra in parte orientis coniunta ad ipsa bia commune et ad ipsa media sepe, quod ego ei non tradidi, et est ipsa peciola per mensuria per longitudo passi biginti et per latitudo passi quadtuordeci: ista peciola per iamdicta mensuria ego ad mea reserbo potestatem, nam illut aliut, ut diximus, ad tenendum et laborandum ei tradidi tali ordine, ut amodo et semper, nato nascentes, ad sua et de suis eredibus esse potestate illut tenendum, et fovee et omnis sue utilitatis iusta ratione ibidem faciant, et amodo ibide faciant et abeant redita bona, sicut meruerit, et amodo et semper ibide residere et avitare, et omines ad residendum et ad laborandum ibidem mittere, et totum illut per annos apto tempore de super et de subter laborare et cultare, et vites tragere, et propaginare, et studiare, et circoitum illut, ubi meruerit, cludere, et clusu et salbum illut abere, et infra tota ipsa mensuria de ipsa clusuria, ubi meruerit, arbores et vites de bono vitineo ibidem plantare et surgere bonum, sicut

meruerit, ut ad completi decem anni, ut amodo se compleant, abeant tota supradicta traditione arbustum factum, et operatum, et cultatum, et studiatum, et clusu bonum, sicut meruerit salbu, et abinde in antea omni tempore totum ipso arbustum de super et de supter laborare, et cultare, et propaginare, seu studiare, et cludere, et salbum facere, et sic per annos amodo et semper totum illut laborare et cultare, ut per omnis annum bonum laboratum pareat, quatenus in melius proficiant et non dispereant; et amodo et semper per annos de vindemie faciant scire me vel pars ipsius ecclesie, ut missum nostrum illuc dirigamus, et illis, quando meruerit, totum ipso arbustu suo tempore illis vindemiare et poma inde colligere, quando meruerit, et omnis vinum exinde ibique ad palmentum illis dividere per medietate, seum et ipsa poma ipsum missu tollant exinde medietate, et illis medietate: tantum ipsa nostra medietate de ipsa poma, quando meruerit, illis nobis adducere debeant ic intus ec cives ad domus nostra cum sauma sua. Seu et tradidi eidem criscentii alia pecia de terra cum arbustum, qui est in pede de ipsa priore clusuria habinde et usque ad bia qui ducit a super torum da mare, de quantu de ipso arbustu ipsius ecclesie pertinet, ut diximus, ego ei tradidi, ut ille et suos eredes illut tenere et laborare in illo ordine et ratione, sicut et ipso aliut ficum que per annum ibi sunt, ille colligant et secchent bone, sicut meruerit, et medietatem nobis adducere, et medietatem sivi abere; quertie que per annos ibi sunt, illis eos colligere et salbe ille ad ipsum missum nostrum adsignare et dividerent ille per medietatem: nos tollamus ille medietatem, et illis medietatem, et ipsa nostra medietate, quod nobis ebenerit de ipse quertie, illis adducere nobis ic ad domus mea vel de pars ipsius ecclesie cum sauma sua; de que per annum ibidem seminaberint, deant inde ad pars predicte ecclesie ibique ad ipsum missum inclita una tertiam parte, et due sortis inde sivi abeant ad area: ipsu missum, dum pro ipse vindemie et pro ipse aire ibidem steterit pro recipiendum inclita sortione ipsius ecclesie de tota ipsa frudia, illis eum notrire secundum suam possivilitatem, et per omnis annum dare nobis palmentaticum unum parium de pulli boni; et si ibibem per annos fecerit illis ortum de cepolle, deant exinde ad pars predicte ecclesie omni tempore per annos inclita una tertia parte, et due sortis inde sivi abeant; de alia ortora que per annos ibidem fecerit per omnis et doma da duas vices visitare et adducere exinde nobis ic ad domus nostra, et per omnis annum in nativitas domini adducere nobis ic unum tractu [1]) de lingnu bonum da focum, sive una sauma de lingna bona iusta carricata [2]). de qua per combenientia gua-

[1]) Quaedam mensurae species.

[2]) *carricata*, vox vulgaris, idest *super carrum mensurata*.

dia mihi ipse criscentius dedit, una mecum esset ipsum adbocatore meum, et mediatore mihi posuit se ipsu et petrus atrianense filius iohanni alperti; et per ipsa guadia obligavit se et suos filios et eredes, ut si taliter omnia suprascripta in supradicta ratione mihi vel in pars ipsius ecclesie non adimpleverit et aliquit inde contradixerit, per ipsa guadia componere obligavit se et suos filios et eredes mihi, vel ad successores meos, seum ad pars predicte ecclesie biginti auri solidi constantini, et unc brebem scripsi ego superius ademari notarius.

† Ego iohannes notarius me subscripsi.

CMV.

A. D. 1036.

† In nomine domini octabo decimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, filii domni guaimari, mense ianuarius, quarta indictione. Ideoque ego leo, qui fuit de amalfi qui sum modo commanente in cibitate salerno, eo quod ante subscripti idoneis hominibus, sicut mihi congruum est, mea bona boluntate per anc cartulam trado adque confirmo tibi nominata marenda filia qui est uxore costantini, qui est genero meus, inclita tertiam partem de terra mea cum binea de locum fonti, ubi floscetole dicitur, et inclita tertiam partem de terra cum silba de ipso locum, ad securiter et firmiter ipsa filia mea et eius eredes ipsa tradictio, qualiter super legitur, abendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum que bolueritis, asque omni mea vel de. . . . . eredes mea contrarietatem vel requisitionem. de qua obligo me iamdictus leo et alios meos eredes defensandum tibi iamdicte alie mee et ad tuos eredes inclita supradicta mea tradictione, cum omnia ad se pertinentibus et cum bice de bia sua da illi ominibus et partibus, qui pro mea parte et datum quodcumque causationes inde nobis preposuerit: de alii bero hominibus et partibus per vos ipsis illut nobis defensetis, qualiter bolueritis; et si taliter omnia suprascripta per supradicto ordine tibi tuique eredibus non adimpleberimus et de suprascripta aliquit contradisserimus, per bona combenientia componere obligo me et alios meos eredes tibi iamdicte marende tuique eredibus triginta auri solidos constantinos, et omnia suprascripta vobis adimpleamus, sicut superius legitur. verumtamen memoramus, et tradidit iterum tibi iamdicte marende inclita tertiam partem de terra cum cannietum

de ipso locum per supradicta obligata pena, et taliter scribere rogabimus te iaquintus notarius, actum salerno.

† Ego alderissi notarius me subscribsi

† Ego romoaldus me subscripsi.

CMVI.

A. D. 1036.

† In nomine domini octabo decimo anno principatus domni nostri guaimari glorioso principe, filius quondam domni guaimari, mense ianuarius, quarta indictione. memoratorium factu a me riso diacono filio quondam iohanni, eo quod ante presentia domni adelferi abbas ecclesie sancti maximi, qui est unum de dominii ipsius ecclesie, et ibique esset subscripti testes per iussionem ipsius domni abbati per convenientia ad tenendum et lavorandum tradidimus iohanni filio idem iohanni et mastali clerici, filio quondam disigi, una pecia de terra cum arbustis, quod pars ipsius ecclesie sancti maximi abet in locum nuceria, ubi a la statua dicitur, quod ego qui supra riso diaconus illut in beneficium retineo a pars ipsius ecclesie, qui est per ec finis et mensurie: a pars orientis fine bia publica, inde passi sidecim: a pars meridie fine de eredes guidoni, sicut limite discernit, inde passi octuaginta tres: a pars occidentis fine medio fluvio saltera, sunt inde erga ipso fluvio passi sidecim: a pars sebtemtrionis da ipso fluvio usque ipsa via priore fines sunt passi sebtuaginta quinque, totum ad iusto passum omini mensuratum; ista rebus cum arbustis per iamdicta mensuria totum et inclitum illut cum omnia intro se abentes et cum vice de ipsa via ipsorum iohanni et mastali clerici ad tenendum et lavorandum tradidit, tali ordine, ut amodo et semper, natos nascente, ad sua et de suis eredibus sint potestate illut tenendum et dominandum, et fobee et omnis sue utilitatis iusta ratione ibidem faciant, et ipso arbustum annualiter temporibus suis lavorarent, potarent, propaginarent, et, ubi meruerit, arbores et vites pastenarent, et sic totum eos lavorarent et cultarent ipso arbustum de super et de subter, sicut locus ipse meruerit, quatenus proficiant et non dispereant; et cum vindemie tempus fuerit, faciant me vel pars ipsius ecclesie scire, ut dirigamus ibidem missum nostrum, et illis vel suis eredibus totum ipso arbustum vindemiarent, et totum ipso vinum ad domus illorum ad palmentum dividant: ipso missum nostrum tollat eos medietatem, et illis vel suis eredibus vel omines, quem illis ibidem miserint ad

lavorandum, tollat reliqua medietate et adsignent eorum organeum vonum da vinu, et illis vel suis eredibus, seu omines quod illis ibidem miserint ad lavorandum, organeum ipsum vonum conciarent et repona ibi a domus sua a subtus reditum, et ibi reponant ipsa nostra sortione de ipso vinum salbum, donec illut inde tulerimus, absque degeneratione et ingne, tollentes nos inde ipso vinum ipso organeum lavet et studiet, sicut meruerit, et ipso missum notrire, dum ibi steterit pro recipiendum ipso vinum secundum sua possivilitatem, et darent ei palmentatico, sicut meruerit, et que amodo et semper ibidem seminaberint, deand inde nobis, vel ad pars ipsius ecclesie, annualiter terraticum secundum consuetudinem de ipso locum; et quale tempore illis vel suis eredibus ipsa tradictione tenere et lavorare non boluerint, inclita ipsa rebus lavorata et cultata remittant ad nostra vel de pars ipsius ecclesie potestate et ipsa bocte. unde pro taliter per vona comvenientia pro pars et vice ipsius ecclesie guadia nobis ipsi suprascripti dederunt et per partes placentes fideiussores mihi posuerunt se ipsum mastalus clericus, et per eadem guadia obligaverunt se et suis eredibus; quod si taliter omnia suprascripta mihi vel ad pars ipsius ecclesie non adimpleverint et aliquit inde contradixerint, per vona comvenientia per ipsa guadia componere obligaverunt se et suis eredibus, mihi vel ad pars ipsius ecclesie biginti, auri solidi constantini, quod scripsi ego romoaldus notarius.

† Ego iaquintus notarius me subscripsi

† Ego ademari me subscripsi.

CMVII.

A. D. 1036.

† In nomine domini octabo decimo anno principatus domni nostri guaimari glorioso principe, filio domni guaimari, mense ianuarius, quarta indictione. memoratorium factu a nobis iohannes ceco filius leoni, et maraldus filius quondam iohanni, eo quod ante presentia domni adelferi abbas ecclesia sancti maximi, qui est unum de dominii ipsius ecclesie, et ibique esset subscripti testes, per iussionem ipsius domni abbati per comvenientia ad tenendum et lavorandum tradidit nobis leo diaconus eundem ecclesie una clusuria de terra cum arbustu et aliquante cerze pertinentem ipsius ecclesie sancti maximi, qui esse videtur ipsa rebus in fines rotense, ubi proprio ad publicano dicitur, quod ipse leo diaconus illut in beneficium retinet a pars ipsius ecclesie abentem as fines et mensuras.

de subtano latere quasi a pars orientis fine bia, incipiente a termine, qui fictum est inter ec rebus et terra cum castanietum pertinentem de ecclesia sancte marie plevis de ipso locum rota, et abiente per ipsa via, sunt inde per mensuria passi octuaginta quinque et cuvito unum, et quasi a parte occidentis fine ipsius ecclesie, sicut termiti et media sepe discernit, et sicut coniungit in alia via suprana que deducit inter istut et alia rebus ipsius ecclesie, sunt inde passi sebtuaginta quadtuor iusta ipsa sepe mensuratum et per ipsa via suprana mensurati passi triginta octo, qualiter deducit ista via in parte orientis, et ab ipsi triginta octo passi lassante ipsa bia et pergente per fine ipsius ecclesie sancte marie, sicut media sepe et termiti discernit, sunt inde passi quinquaginta unum et palmo unum, sicut coniungit ad ipsa via da parte orientis priore fines : totum mensuratum ad iusto passum hominis. per istas fines et mensuras inclitum illut nobis ipse leo diaconus ad tenendum et lavorandum tradidit tali ordine, ut amodo et semper, natos nascente, ad nostra et de nostris eredibus sint potestate eos tenendum et dominandum, et fobee et omnis nostre utilitatis iusta rationem ibidem faciamus, et ibi faciamus casa lingnita vona, et ibi mittamus ominem ad abitare, et faciamus ibi aira, et tota ipsa rebus per circoitum illut cludamus et semper clusum abeamus, sicut meruerit, et totum ipso arbustum annualiter temporibus suis lavoremus, potemus et propaginemus, et, ubi meruerit, arbores et vites infra ipso arbustum ibi pastenemus, et totam ipsa tradictione annualiter lavoremus et cultemus de super et de subter, sicut locus ipse meruerit, quatenus proficiant et non dispereant; et cum vindemie tempus fuerit, faciamus scire ipse leo diaconus vel pars ipsius ecclesie, ut dirigat ibidem missum, et per tempore ipso arbustum salbum faciamus, sicut meruerit, usquedum illut vindemiemus et benerit ipso missum ibi et ipsa tradictio temporibus suis vindemiemus, sicut meruerit, et totum ipso vinum ibique ad palmentum inter nos dividamus: ipso missum vel pars ipsius ecclesie tollad ipso vinum medietatem, et nos vel nostris eredibus tollamus reliqua medietate et adsignare nobis ibidem organeum vonum da vinum, et nos vel nostris eredibus totum ipso arbustum vindemiemus, sicut meruerit, et ipso organeum bonum conciemus, sicut meruerit, et reponamus ipso organeum ibique intus ipsa casa et ibi reponamus ipsa eorum sortione de ipso vinum, et faciamus ipsius leoni vel ad pars ipsius ecclesie annualiter ipso vinum salbum, donec illut inde tulerint absque degeneratione et ingne, tollentes inde ipso vinum, ipso organeum labarent et studiarent, sicut meruerit, et ipso missum nutriemus secundum nostra possivilitatem et daremus ad ipso missum annualiter palmentatica uno pario de pulli, et que amodo et semper ibidem seminaberimus, demus inde ipsius leoni vel ad pars ipsius archiepiscopii annualiter terraticum secundum consuetudinem de ipso locum; et si ibi abuerit poma in

ipsa rebus, per tempore medietate ipsa poma, sive clandi, quod ibidem collexerimus, demus ad ipsum leo diaconus, vel ad pars ipsius ecclesie, annualiter medietatem, nobis abeamus medietatem. qua et tradidit nobis una pecia de terra cum quertietum pertinente ipsius ecclesie in eodem loco rota ipse leo diaconus per iussionem ipsius abbati, quod in veneficium retinet, qui est per as finis et mensuras: a pars orientis fine ipsius ecclesie sancte marie plevis uius rota, inde passi quinquaginta, et a pars occidentis fine ipsius ecclesie inde passi . . . et de alie due partis fine ipsius ecclesie, ab ipsa pars occidentis abet passi quadraginta ad iusto passum omini mensuratum; ista terra cum quertietum licead nos et nostris eredibus, natos nascente, illut tenere et lavorare, et quante sint ipse quertie, ille cultemus, sicut meruerit, et quante clandi vel alio frudium ibidem fecerimus, medietatem demus ad pars ipsius ecclesie, et reliqua medietate nobis abeamus, et de subtus ipsa terra quod ibi seminaberimus, demus inde annualiter ad ipsum leo diaconus vel ad pars ipsius ecclesie terraticum secundum consuetudinem de ipso locum; et quale tempore nos vel nostris eredibus illut tenere et laborare non boluerimus, aut non potuerimus, inclita ipsa tradictio lavorata et cultata remittamus ad potestate ipsius ecclesie, et licead nos inde excotere causa nostra movilia, et ire cum illut ubi voluerimus. unde pro taliter per vona comvenientiam per iussionem ipsius abbati et pro pars ipsius ecclesie guadia nobis ipse leo diaconus dedit, et mediatorem nobis posuit ermaforatus presbiter eiusdem ecclesie; et per ipsa guadia per vona comvenientia obligavit se ipse abbas et successores suos et pars ipsius ecclesie amodo, et dum ipsa rebus tenere et laborare voluerimus, defensare nobis nostrisque eredibus inclita ipsa tradictio cum vice de via sua da omnis omines omnique partibus; quod si taliter omnia suprascripta nobis nostrisque eredibus non adimpleverint et aliquit inde contradixerit, per vona comvenientia per ipsa guadia componere obligavit se ipse abbas et successores suos, et pars ipsius ecclesie, nobis nostrisque eredibus biginti auri solidi constantini, quod scripsi ego romoaldus notarius.

† Ego alferus superius nominatus abbas

† Ego leo diaconus.

CMVIII.

A. D. 1036.

Quum charta huius anni variis in locis intersecta et abrasa minime intelligi possit, praebemus Summarium:

† Decimo octavo anno principatus Guaimarii filii Guaimarii, mense Martio, quarta Indictione.

Sic incipit textus :

« Ego Iohannes abitator de locum . . . . . . filìus quondam masciani, sicut michi con-
« gruum est, vona mea bolumtate per anc cartulam ante presentia ademari comiti et iu-
« dici venumdedi adque ad semper abendum tradidi tivi Petri thio meus filio quondam
« Iohanni pro pars et vice petri filii ursi inclita . . . . pertinet abere in ipso
« locum baniara qui est terra cum arbustis et insitis et . . . . mitilianense
« fines per ec finis et mensurie.

Describuntur fines et mensurae terrae, nec non confirmatio venditionis pro tarenis auri decem et octo.

Dauferius notarius hanc chartulam exaravit et una adest subscriptio :

† Ego qui supra Ademari iudex.

CMIX.

A. D. 1036.

Summarium :

† Decimo octavo anno principatus Guaimarii filii Guaimarii, mense Aprili, quarta Indictione,

Sic incipit textus :

« Memoratorium factum a me Licto filio quondam Licti, eo quod ante subscripti testes
« coniunctus sum ad vona comvenientia pro vice mea et de consortibus meis cum Iohânne
« filio quondam Grimoaldi, ipse Iohannes pro vice sua et de consortibus suis, ad facien-
« dum inter se finem de causationibus que inter nos abemus de rebus de locum Campu,
« unde inter nos plurime causationes abemus et inter nos guadiati sumus finem inter nos
« inde faciendum etc: etc: »

Finis textus :

« et unc brebem scripsi ego Petrus clericus et notarius qui interfui.

Subscriptiones testium :

† Ego qui supra mari diaconus me subscribsi

† Ego qui supra dauferi.

CMX.

A. D. 1036.

† In nomine domini octabo decimo anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis, filii quondam domni guaimarii, mense magius, quarta indictione. memoratorium factum a nobis mastalus et urso germani, filii quondam iohanni de mastalo, et manso et comite germani, filii quondam iohanni, et disiiu et urso veri germani, filii quondam sergii tarudulu et sumus atrianensi, eo quod ante subscripti testes, tamen nos nominati mastalus et urso vicibus nostre et pro vice de filii quondam mansoni, qui fuit germanum nostrum, tradidimus stefani presbiteri filio quondam iohanni monachi, qui fuit sirrentinum, ecclesia nostra pertinentem vocabulum sancti iohanni evbangelista, que constructa est in locum beteri ista parte flubio boneia, cum cellis, et casis, et rebus pertinentem ipsius ecclesie tali ordine, ut amodo et cuntis diebus vite tue ipsa ecclesia officient et officiare faciant die noctuque, sicut decet presbyter billanos, et in ipse cellis et casis licead ibidem residere et avitare, et vestre utilitatis ibidem facere iusta ratione, et ipsa rebus annualiter abto tempore lavorare et cultare et, ubi meruerit, cludere, quatenus proficiant et non dispereant, et vonum paread lavoratum et cultatum, et modo presens dedit ipse stefanus presbiter in ipsa ecclesia unum liber comite de circoitum annum, et stetid ibidem facere unum antifanarium de nocte, qui non sit notatum; et quis quid in ipsa ecclesia intraverit, sue sit potestati faciendum quod voluerit. tantum, si in ipsa ecclesia talem causam qui ad ornamentum sit de ipsa ecclesia, semper sit de ipsa ecclesia ad tenendum et regendum, dum illut sicut et ipso aliut, et omnis frugium et lavores, quod de ipsis rebus annualiter exierit, totum sue sit potestati, faciendum quod voluerit, et per omnis annum in festivitate sancti iohanni evbangelista deant nobis vel ad nostris eredibus censum de ipsa ecclesia ana singnula cubita de cerea, et per omnis annum per tempore de ube ana singnule canestra de ube et ana singnule canestra de castanee ad canistrum mediocre, et oc stetid, ut ad die oviti sui dare in ipsa ecclesia de omnis suum movile unam tertiam partem, et inclite due sortis, quod inde remanet, faciant inde ille et eius eredes, vel omines cui ille in manum commiserit, omnia quod voluerit; ad die vero hoviti sui inclita ipsa ecclesia cum ipse cellis et casis et cum ipsa rebus pertinentem ipsius ecclesie et cum totum illut, que ipse presbiter ibidem miserit et ad obiti sui ibi reliquerit, perveniad ad potestate nostra et de nostris eredibus, faciendum exinde omnia quod voluerimus, et pro omnibus suprascriptis

inter nos adimplendis guadia nobis ipse stefanus presbiter dedi, et mediatorem nobis posui gucto atrianense filium quondam mastali, ut si taliter omnia suprascripta nobis nostrisque eredibus non adimpleverit et aliquit inde contradixerit, per comvenientiam per ipsa guadia componere obligavit se nobis nostrisque eredibus viginti auri solidi constantini. verumtamen oc memoramus, ut ipso antifanario faciant illut notatum de circoitum annum amodo et usque quinque anni completi per suprascripta guadia et obligata pena, quod scripsi ego ademari notarius.

† Ego smaracdus notarius me subscripsi.

CMXI.

A. D. 1036.

† In nomine domini nostri Iesu Christi. Tertio anno imperii domni michayl. Mense magio. Quarta indictione. Ego nicolaus divina gratia archiepiscopus, primo anno presulatus mei canusinae aecclesiae, Clarefacio, quoniam ego nicolaus archiepiscopus lavoravi unam ecclesiam supra ecclesia sancti symeonis propinquo ipso laco, quae vocatur de prandulo, in honore beatorum confessorum atque pontificum nicolay et basilii, unde et in propria mea causa a novo fundamine construxi. Pro qua ego praephatus nicolaus archiepiscopus edificavi ipsam ecclesiam atque livertavi. Unde congruum michi est, ut bona mea voluntate pro mercede animae meae adlibertavi ipsam ecclesiam tibi unico filio meo dilecto nicolao. Unde et nunc, de presente una cum consensu presbiterorum ac diaconorum, clerorumque nostri episcopii, et, sicut aptum michi fuit, ita et feci atque consecravi altare, quae intus in eadem ecclesiam constructum erat. In ea ratione, ut amodo et deinceps perpetuis temporibus tam ille praephatus filius meus nicolaus, quam illius heredes licentiam habeant in praedictam ecclesiam, quam ego construxi in propria mea terra a novo fundamine de meis stipendiis, ordinare ibi presbiteros, vel clericos, seu monachos, et ibidem cotidie sonare pulsum seu campanam, et facere ibi omnes horas, videlicet matutinum, missam, et vesperas aliasque horas. Et qualiscumque in eadem ecclesiam offertio intraverit, seu votum, sit in potestate tua, tuorumque heredum, vel cui aecclesiam ad regendum dederitis, exinde facere et ordinare omnia quod volueritis, sine mea meorumque posteriorum contradictione. Et quoscumque presbiteros, aut clericos, sive monachos in ipsa ordinaverint ecclesia, nullam licentiam habeamus, nec ego, nec mei posteriores illos excom-

municare aut proicere de praedicta ecclesia, excepto si iusta et approbata fuerit culpa, quemammodum in sanctis continetur canonibus. Nam et talem obligationem ego qui supra nicolaus archiepiscopus facio, ut si ego, aut mei posteriores successores ea quae praeleguntur, ab ipso predicto filio meo nicolao, vel ab eius heredibus abstraere voluerimus dicendo, ut taliter a nobis non fuisset concessa, seu adlivertata ecclesia ipsa, qualiter supra legitur, obligata pena subiaceamus nos nostrosque successores componere ille illorumque heredibus solidos centum romanati, et taciti exinde maneamus, et ea quae praeleguntur, percompleamus illi suisque heredibus ego et posteriores mei amodo et deinceps perpetuis temporibus. Hanc autem nostrae concessionis atque libertationis, seu plumbei nostri sigilli attestationem scribi iussimus per manus lademarii subdiaconi et scriniarii nostrae barinae aecclesiae, quam et hic propriis manibus me subscripsi Mense et indictione supra nominata.

† Nikolaus qui supra gratia domini archiepiscopus sancte sedis canusine ecclesie.

CMXII.

A. D. 1036.

† In nomine domini octabo decimo anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis, filii quondam domni guaimari principis, mense iulius, quarta indictione. memoratorium factum a me romoaldus comes filius quondam grimoaldi comitis, eo quod ante presentiam amati iudici coniunctus sum ad combenientiam cum iohannes nepotem meum filium quondam rodelgrimi comiti, qui fuit ipse rodelgrimus germanus meus, et cum grimoaldus et romoaldus comitibus germani, filii quondam guidoni, qui fuit ipse guido germanus meus, et cum mulier nomine aloara, filia quondam petri comiti et iudici, relicta quondam rodelgrimi, qui fuit nepotem meum et filius fuit quondam iohanni, qui fuit germanus meus, tamen unam cum ipsa aloara adesset vir nomine petrus comes cognatum suum, cum quo subscripta combenientiam de subscripte rebus facere querit, eo quod ipse rodelgrimus virum ipsius aloare, quando in capua erad infirmus et de ipsa infirmitate defunctus est, inter aliut quod per firmum scriptum iudicabit, disposuit, ut post eius obitum mundium, et freamtum, et omni pertinentiam, quam in ipsa aloamra abuit, perveniret ad potestatem ipsius petri iudici genitor ipsius aloare vel de suos eredes, seu cui scriptum ipsum in manum paruerit, et pro quibus paruit ipso scriptum in manum paruerit,

et pro quibus paruit ipso scriptum in manum ipsius petri cognatum ipsius aloare ante presentia ipsius iudici; ideo ipsa aloara cum ipsum petrus cognatum suum hec combenientiam, quod supscripta rebus de calore et de pertinentia tota de caputaquis nobiscum facere previdit, in oc ordine, ut ipse iohannes nepotem meum filius quondam rodelgrimi et ipsi filii quondam guidoni, qui fuit germanus meus, tota et inclita ipsa rebus de tota finis et pertinentiam de caputaquis, hoc est totum illut qui fuit ipsius grimoaldi comiti genitori meo et abio ipsorum, filii guidoni, et de ipsum rodelgrimus qui fuit virum ipsius aloare et abium de ipsum iohannes nepotem meum, filium predicti rodelgrimi, da bia, que pergit ad murinianum in supra, dividerent iusta ratione in duas partes et termitarent inter ipse sortis; et ante iudicem et notarium prius ego predictus romoaldus conprehendemus inde una sorte, quale voluerimus, inputantem illam mihi de omnis rebus que fuit ipsius genitori mei, quod abuit in tota pertinentia de caputaquis, scepto sortione quod abeo in molinum conmune de eandem finis caputaquis, et faciamus ego et meos eredes de ipsa sorte de ipsa rebus omnia quod voluerimus, videlicet de illut quod nos in sorte comprehenserimus, et post hoc ibique presens ipse iohannes filius rodelgrimi et ipsi filii guidoni dividere tota ipsa rebus qua sorte de ipsa rebus de illut a super ipsa via que pergit ad murinianum, in quarta parte iusta ratione, et prius conprehendere inde ipse petrus pro vice ipsius aloare una quartam parte, quale voluerit, ad faciendum inde ipsa aloara et suos eredes omnia quod voluerit, et ipse relique tres sortis de ipsa rebus de illut de super ipsa bia que pergit ad murinianum, statim igitur dividere ipse iohannes filius rodelgrimi et ipsi filii guidoni per medietatem iusta ratione, et prius inde comprehendere ipse petrus pro vice ipsius aloare una medietate de ipsa rebus quale voluerit, ad tenendum illut ipsa aloara ad frudiandum diebus vite sue, si non nupserit, et de ipso frudium faciendum quod voluerit pro usufructum, quod ipse vir suus a super suum morgimcaph eidem mulieri reliquit per ipsum scriptum testamenti; et si nupserit, aut mortua fuerit ipsa aloara, tunc ipsa rebus quod pro usufructu tenuerit, rebertad ad potestatem ipsius iohanni filii redelgrimi, vel de suos eredes, medietatem, et ipsorum filii guidoni vel ad illorum medietatem, et faciant inde omnia quod voluerint, et imputare sivi ipsa aloara illut quod comprehenserit pro ipsa quarta et pro ipsum usufructum de ipsa rebus a super ipsa bia que badit ad murinianum, pro tota alia rebus que fuit ipsius genitori meo in tota finis et pertinentia de caputaquis, scepto sortes quod abere debet ipsa mulier in ipsum molinum nostrum conmune, aberet illam sivi, et iam tota ipsa rebus alia de ipsa pertinentia de caputaquis, quanta fuit ipsius genitori meo da ipsa bia da murinianum in supto, cum illut quod remanet de illut de super via ipsa da murinianum extra ipsa quarta

et usufructu ipsius aloare, quod ipse petrus pro vice suaque aloare conprehenserit, sicut diximus, totum esset ad potestatem de ipsi filii guidoni et de ipsum iohannes filius rodelgrimi et de illorum eredes, ad dividendum illut inter se per medietatem: ipse iohannes vel suos eredes medietatem, et ipsi filii guidoni et illorum eredes medietatem, et per scriptiones divisionis cum penis obligatis, qualiter comprehenserimus ipse sortis et inter nos tradiderimus, firmemus non exinde, sicut lex et consuetudo est terre istius, ut semper securiter inter nos ipse sortis, qualiter comprehenserimus, inter nos illas abere possamus in predicta ratione. unde per combenientiam in predicto hordine guadia mihi dederunt ipsi iohannes filius rodelgrimi et ipsi filii guidoni et ipsa aloara, tamen una cum ipsa aloara esset ipse virum nomine petrus cognatum suum, in cuius manum paruit ipsum scriptum testamenti, et ipse iohannes cum ipsi filii guidoni fideiussore mihi posuerunt raco comes filius grimoaldi cum ipsa aloara, una cum ipsum petrus essendo posuerunt mihi fideiussore iohannes comes, thio ipsius mulieri hac filius quondam petri, ut si taliter omnia suprascripta per supradicto hordine illis et suis heredibus mihi meisque heredibus non adimpleberint et aliquit inde contradixerint, per ipsa guadia per combenientiam componere obligaberunt se ipse iohannes, et ipsi filii guidoni, et ipsa aloara, et illorum eredes, tamen una cum ipsa aloara esset ipsum petrus, componere mihi nominati romoaldi meique heredibus tricenti tari solidi costantini, et omnia suprascripta per supradictum hordinem illis et illorum eredes mihi meique eredibus adimplerent. verumtamen et ipsa sorte quod comprehensero ego nominatus romoaldus de ipsa rebus a super ipsa bia da murinianum, sicut supradiximus, omnia inde faciam ego et meos heredes quod voluero; et oc recolimus, ut ego et ipsum iohannes et predicti filii guidoni et ipsum petrus, qui est filius areghisi, pro vice ipsius aloare pariter super rebus ipsa pergamus cum iudicem et sapientes omines et ibique presens de ipsa rebus faciamus omnia, sicut superius legitur, in supradicta ratione, quod scripsi ego myrandus notarius qui interfui.

† Ego qui supra amatus iudex.

CMXIII

A. D. 1036

† In nomine domini nonodecimo anno principatus domni nostri guaimari glorioso principe, filii quondam domni guaimarii, mense sebtember, quinta indictione. memoratorium

factu a nobis roderisi, et leo, et alferi, germani filii quondam roderici, eo quod ante presentia grimoaldi comiti et iudici coniunti sumus ad bona convenientia cum romoaldus consovrino fratem nostro filio quondam risi, propter ad dividendum inter nos ad perpetua possessione abendum de rebus nostra, quod commune abemus et possidemus in locum trasvoneie pertinentia salernitana per nominatibis locis. primis divisimus nos germani rebus baciba et vinea uno teniente de locum, ubi traberse dicitur: una sorte fecimus esse a parte meridie per ec fines et mensurie: de subtus, quod est a pars occidentis, fine sortione madelmi consortes nostros; inde longitudo passi ducenti; de subtus a pars que est a pars meridie, fine nostra et de ipsum romoaldus consortes nostros; de super a pars orientis fine nostra commune fine media serra de ipsum monte, unde via per partes abemus, inde sunt passi ducenti: a pars sebtemtrionis fine ipsa alia sorte quod fecimus ibique a le traberse, et adiunsimus in ista sorte una pecia de terra cum vinea, qui est in ipso locum traberse per ec finis et mensurie: de subtus erga fine ipsius madelmi abet passi decem et nobem: a sebtemtrione fine nostraque germani et ipsius madelmi: de super fine media ipsa serra, ubi est ipsa via, inde latitudo passi sidecim: a meridie fine ipsa alia sorte. de totum istut, qualiter super legitur, fecimus esse una priore sorte cum vice de via sua et ipsa mensuria ad iuste passum omini mensuratum, quod ista sorte ipse romoaldus in sua sorte compreensit, et remansit nobis ipsa alia sorte, quod fecimus esse ibique a pars sebtemtrionis, qui est a pars sebtemtrionis per ec finis et mensurie: de subtus, quod est a pars occidentis, fine ipsius madelmi et de petrus nepote suo, inde sunt passi cum ipsa vinea ibi coniunta quod in ista sorte adiunsimus, et abet ibidem uno palmentum fravitum centum decem et nobem: a pars sebtemtrionis fine ipsa sortione de ipsa vinea et in capite abet bacuum, quod ipse romoaldus superius in una sorte compreensit: de super a pars orientis, ubi est ipsa serra et ipsa via, inde abet passi alii centum decem et nobem: a pars meridie fine ipsa sorte quod compreensit ipse romualdus, et coniunget in ipsa fine ipsius madelmi et petri. de istut, qualiter supra legitur et ipsa mensuria ad iusto passum omini mensuratum, fecimus esse alia sorte, quod nos nominati germani postea compreensimus, et dedimus via per ista sortione nostra per pede erga fine ipsius madelmi et petri usque ad ipsa sorte subtana, quod ipse romoaldus in sua sorte compreensit ad ipsu romoaldus, ut ipse romoaldus et eius eredes omni tempore ipsa via andare usque ad ipsa sortione sua, inde ingredere et regredere cum omni sua congruitate, sine contrarietate nostra et de nostris eredibus illut quod dicit inter virgulu superius: a sebtemtrionis fine nostra et ipsius madelmi; seu et ipse romoaldus divisit ipse rebus qui est insirtitu et pauco bacuum uno teniente in locum, ubi dicitur gattumortu, et fecit inde due sortis, una a pars occidentis et

alia a pars orientis; ipsa sorte quod fecit esse a pars occidentis, per ec finis et mensurie, et ubi est ipso ballone abet per ipso ballone passi biginti unum: da inde rebolbente in parte meridie per fine nostra et sua commune et coniungente se in bia da bitamenia abet ibi passi octuaginta quadtuor; descendente erga ipsa bia passi triginta octo, et da ista via et ista sortione longa usque ipso ballone, sicut inter ambo ipse sortis termiti fiximus, et abeamus semper via nos et ille per ipso ballone, ista sorte, qualiter superius fecit ad iusto passum omini mensuratum cum vice de ipse vie, nos nominati germani prius ista sorte compreensimus, et ipsa sorte quod fecit esse ab ipsa pars orientis de ipso insirtitu et bacuum uno teniente per ec finis et mensurie: a pars orientis fine ipsa bia, inde passi sebtuaginta sebtem, rebolbente in parte meridie per fine nostra commune et ipsius romoaldi inde passi quadraginta dui et coniungit in ipsa via da bitamenia, inde pauco rebolbente in pars occidentis abet ibi passi biginti, deinde descendente per ambo ipse sortis per ipsi termiti usque medio ipso ballone, et da inde descendente per medio ipso ballone et coniunget in ipsa via priore fines inde abet passi triginta unum, et abeamus nos et ille et nostris eredibus semper via commune per ipso ballone ista sorte posteriore per iste finis et mensurie ad iusto passum mensuratum remansit in sorte ipsius romoaldi. igitur et nos nominati germani dividimus rebus da trocle. ubi sunt fravice et crocta, et fecimus inde due sortis: una sorte fecimus esse a pars meridie et alia a pars sebtemtrionis; et ipsa sortione quasi a pars sebtemtrionis, ubi est ipsa grocta et unum palmentu fravitu, per pede abet latitudo a pars orientis passi nobem minus cubito unum, et saliente per fine quod divisum abemus, qui est in pars sebtemtrionis, inde sunt passi viginti quinque, et descendente per via usque unum termite inde sunt passi octo, et descendente per termiti infra ipse sortis erga facie de pariete erga ipsa grocta passi viginti dui ad iusto passum; ista sorte, qualiter supra legitur, cum vice de bia sua ipse romoaldus prius in sua sorte compreensit, et ipsa sortione, quod est a pars quasi a meridie, qui coniunta est cum ipsa via et a pars sebtemtrionis da uno termite usque alio termite, abet passum unum et gubito unum, et descendente in pars orientis et coniungente in ipso termite passi sex, et da ipso termite usque alio termite inde sunt per longitudo passi decem, et saliente quasi in pars occidentis per via inde sunt passi biginti octo minus cubito unum; ista sorte, qualiter superius legitur, nos nominati germani remansit et in sorte illut compreensimus: tantum nos nominati germani, vel nostris eredibus, omni tempore demus via ipsius romoaldi, vel ad eius eredes, per pede de ipsa sortione nostra, quod compreensimus usque ipsa via et discernit ab ista rebus nostra et rebus quod retinet monasterium de pasitanu, ut cum omni sue congruitatis inde ingredere et regredere possant usque ipsa

sua sortione et usque ipsa via: simulque et ipse r moaldus divisit terra cum vinea et bacuum de locum troccle et fecit inde due sortis ad equale mensuria: una sorte fecit esse a pars meridie, et alia sorte fecit a pars sebtemtrionis; ipsa sortione quod fecit esse ab ipsa pars meridie, per ec finis et mensurie: ab ipsa pars meridie fine de eredes basili, quod eorum in sorte a nos evenit et pertange ad fine nostra et ipsius romoaldi sunt per ista parte passi quinquaginta: a pars orientis fine bia que pergit ad lempole inde passi triginta: et a parte sebtemtrionis fine meaque adelferi, sunt fine exiente per rebus commune aliquantum inde passi quadraginta quadtuor. totum istut per ista mensuria fecit inde ipse romoaldus due sortis ad equale mensuria, una a pars meridie et alia a pars sebtemtrionis cum vice de bia sua, et adiunsit in ipsa sortione da pars sebtemtrionis de una pecia de terre bacua, qui est a subtus via, sorte qui est a pars sebtemtrionis per ipsa bia sumpissi viginti dui et da ipsa via descendente per fine nostra et ipsius romoaldi usque ballone passi duodecim, et da inde descendente per medio ipso ballone usque ipsa alia sorte passi viginti dui saliente inter ambo ipse sortis, et coniunget in ipsa via que pergit ad lempole. ista sorte, qui est a pars sebtemtrionis, per ipsa mensuria cum vice de bia sua prius compreensimus nos nominati germani in nostra sorte, et ipsa sorte da pars meridie, qualiter supra legitur, ad equalis mensuria cum alia pecia bacua, quod ibidem adiunsit, qui est per ec finis et mensuria; a pars occidentis fine ipsa via, inde passi octo; et a parte meridie nostra et sua commune, inde passi triginta; et a parte orientis fine medio ballone, inde passi octo et coniungit in ipsa sorte nostraque germani quod nos superius compreensimus; tantum ipsa aqua da lempole, quando voluerimus nos et ipsi romoaldus, et nostris et illius eredes, portare ipsa aqua per ipse sortis, quod per parte compreensimus usque ipsa rebus commune, potestate abeamus per partes unusquisque ipsa aqua portare pro nostre utilitatis, sine una pars vel alia contrarietate vel requisitione. ipsa sorte da ipsa pars meridie, qualiter superius legitur, per ipsa mensuria ipse romoaldus in sua sorte compreensit; tantum vie quod per partes debemus andare, sicuti continet divisionis prima re per illo locum, unde ipsi brebri divisionis continet, omni tempore nos germani et ipsum romoaldus, et nostris et illius eredes, communiter andemus ipse vicum nostre congruitatis per illa ratione, sicut ipsi brebri divisionis continet. ec sortis inter nos fecimus, et partes inter nos compreensimus et tradidimus, cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis et cum vice de ipse vie, sic pars partium ipse sortis abeamus et teneamus, sicut superius compreense abemus, et unusquisque faciendum de sue sortis omnia quod voluerint, sine una pars vel alia contrarietate vel requisitione. unde in eo ordine per vona convenientia guadia nobis ipse romoaldus dedit, et mediatorem nobis po-

sui maraldus filius quondam saraci; et per eadem guadia obligavit se suosque eredes, ut si de ipse sortis, qualiter superius legitur, removere aut contrare quesierint, aut si super ipsa nostra sorte malo ordine ire presumserit, et de suprascripta aliquit inde removere aut contrare quesierint, tunc per vona convenientia per ipsa guadia componere obligavit se ipse romoaldus et suos eredes nobis nostrisque eredibus quinquaginta auri solidos constantinos, et in suprascripta divisione firmiter permaneamus. berumtamen memoramus de ipsa aqua, quod per partes portamus da lempole, per partes potestatem abeamus per ipsa rebus, ubi boluerimus aquarios vendere iusta ratione, sive palis figere, seu fravica facere et portare usque ad ipsa rebus commune, et omni tempore sic permaneamus per partes, sicut supra legitur, et adiunsit nobis ipse romoaldus duo auri tari a super ipsa sorte, quod nos compreensimus ad ipso locum troccle per supradicta guadia et obligata pena, quod scripsi ego romoaldus notarius.

† Ego qui supra grimoalt comes et iudex.

CMXIV.

A. D. 1037.

† In nomine domini nonodecimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, filii domni guaimari, mense ianuarius, quinta indictione. Ante me amatus iudex coniunti sunt aldemari presbiter et abbas ecclesia sancti gramatii cum alferi clericus et abbas ecclesia sancti maximi, et ipse alferi clericus et abbas est unum de dominium ipsius ecclesie sancti maximi, et per ipsum aldemari presbiter et abbas hostensa est una cartula et illam tota per ordine legere fecit. continebad: in nomine domini tricesimo hoctabo anno principatus domni nostri guaimari et nono anno domni guaimari eius filio, gloriosi principibus, mense nobember, de decima indictione. declaramus nos mulier nomine ermesenda filia ursi, qui fuit uxore truppoaldi clerici filii petri, et romoaldus clericus filius predicti truppoaldi et predicte ermesende, quoniam nobis iamdicta mater et filius pertinentem est abere terra cum casa frabita solarata intus anc salernitanam cibitatem a suptus platea qui pergit suptus ecclesia sancti maximi, et est per ec finis et mensurie: a pars meridie fine sicut facie de parietem frabitum discernit, inde sunt pedes undecim et summisse et uncie tres: a septemtrionis, sicut totum parietem de ista casa discernit, inde sunt pedes alii decem et octo: ab oriente sunt pedes alii undecim et summisse et uncie tres, et ab ipsa pars occi-

dentis super ipso anditum abentem mineaneum et scala posita lingnitia de latitudo pedes duo et planta cum police, et longitudo ipso mineaneo undecim pedes et summisse et uncie tres; et a foras supradicta mensuria abentem unum sericidium in pars orientis et alium in pars occidentis cecidentem in ipso anditum de latitudo pedem unum ed uncie tres: tota omnis supradicta mensuria mensurata fuit ad iusto pedem manum hominum; modo autem, sicut nobis iamdicta mater et filius congruum est, nostre bone boluntatis per anc cartulam per absolutione suprascripte glosiose potestatis, quem nobis dandum direxit per bisiniano sculdais, ante presentia ragemprandi iudici et alii testes secundum legem et consuetudo est gentis nostre romanorum venumdedimus, adque ad semper abendum confirmabimus tibi aldemari presbiter et abbas ecclesia sancti gramatii inclita ipsa terra cum casa per supradicte finis et mensurie, qualiter superius legitur, ad securiter et firmiter amodo et semper tu iamdictus aldemari et tuos eredes supradicta nostra bindictio abendi, possidendi, dominandi, omnia exinde faciendi que bolueritis, asque omni nostra et de nostris eredibus contrarietate vel requisitione. unde pro confirmandam et stabiliscendam supradicta nostra bindictione, nuc a presentis recepimus a te iamdicto aldemari abbas statutum pretium, i sunt auri solidi de tari numerum biginti ana quatuor tari per solidum in omnis deliberatione, sicut inter nos combenit. de qua per bona combenientia nos iamdicti mater et filius commune consensum guadia tibi iamdicto aldemari abbati dedimus, et mediatorem tibi posuimus iaquintus filius quondam maraldi; et per ipsa guadia obligabimus nos iamdicti mater et filius commune consensum et nostri eredibus amodo et semper antistandum et defensandum tibi tuique eredibus inclita supradicta nostra bindictione, cum bice de ipso anditum a pars uxore meaque romoaldi et da omnis omines omnique partibus; quando autem tu et tuis eredibus de supradicta nostra bindictione per vos ipsis bolueritis esset autore et defensore, potestatem abeatis vice nostra, cum ista cartula et cum omnibus rationibus que inde causare et finem facere, qualiter bolueritis. nam, quando nos et nostris eredibus illut vobis defensemus, sicut superius legitur, et si taliter omnia suprascripta tibi tuique eredibus non adimpleberimus et aliquit, de quantum superius legitur, remobere aut contrare quesierimus, aut si quodcumque causationes inde tibi tuique eredibus preposuerimus, per ipsa guadia per bona combenientia componere obligabimus nos iamdicti mater et filius commune consensum et nostris eredibus, tibi tuique eredibus, quinquaginta auri solidos constantinos, et omnia suprascripta vobis adimpleamus, et questio et causatio nostra sint exinde tacita et bacua, et taliter scribere rogabimus te iaquintus notarius, actum salerno. ego qui supra ragemprandus iudex. Cum autem supradicta cartula fuit lecta, manifestabit ipse alferi

clericus et abbas, ut tota supradicta mensuria de ipsa terra cum casa et ipsa mensuria de ipso mineaneo super ipso anditum et ipsa scalela per ipsa mensuria, que posita est in ipso anditum, et ipsa mensuria de ipso sericidium, que supradicta cartula continet, ipsius aldemari presbiteri et abbati esse pertinentes et nullo modum cum ipse aldemari abbas, vel cum eius eredes, exinde causare aut contendere potere pars ipsius ecclesie sancti maximi, neque per testes, neque per monimen, nec per nulla quoque inbenta ratione, et dedit inter illis, ut si pars ipsius ecclesia sancti maximi lebaberit in solario ipse casis sue vel exinde, potestatem abeant super ipso anditum in altum pars ipsius ecclesia sancti maximi mineaneum facere et abere usque ad ipsa mensuria ipsius aldemari que supradicta sua cartula continet, et potestatem abeant pars ipsius ecclesia sancti maximi da ipsa scalela ipsius aldemari abbati in supto in ipso anditum erga fine predicte ecclesie scalela lingnitia ponere et abere per mensuria, de latitudo ipsa scalela, quantum est ipsa scalela ipsius aldemari, que ipsa sua cartula continet, et in ipso anditum aut super ipso anditum aliut edificium vero faciant, aut abeant per partes inde sericidia de ipse casis per partes occidentes in ipso anditum, et omni tempore ipso anditum inter illis commune siant ; et per bona combenientia ipse alferi clericus et abbas guadia dedit ipsius aldemari presbiteri et abbati, et mediatorem eis posuit marì filium quondam ferrandi; et per ipsa guadia et per ipsa combenientia obligabi se ipse alferi clericus et abbas, et suos successores, et pars ipsius ecclesia sancti maximi in suprascripta combenientia firmiter non permanserit et aliquit, de quantum superius legitur, remobere aut contrare quesierit, aut si quodcumque causationes inde preposuerit, per ipsa guadia per bona combenientia componere obligavit se ipse alferi clericus et abbas et suos succesores, et pars ipsius ecclesia sancti maximi, ipsius aldemari presbiteri et abbati et ad eius eredes centum auri solidos constantinos. et pro parte ipsius aldemari presbiteri et abbas scrivere fecimus te esdictus iaquintus notarius.

† Ego qui supra amatus iudex.

CMXV.

A. D. 1037.

Summarium:

† Decimonono anno principatus Guaimarii, filii quondam domni Guaimarii principis, mense Maio, quinta Indictione.

« Venditio terrae in loco Tusciano facta Pandoni presbytero filio Rocci ab Ursone filio
« Adoaldi de loco Furano finibus Campaniae.

Praetium venditionis fuit: auri tareni quatuor.

Notarii nomen, quia abrasum, legi minime potest.

Duo adsunt subscriptiones testium:

† Ego Iohanne presbiter uc me recolo esse

† Ego Dilectus.

CMXVI.

A. D. 1037.

† In nomine domini nono decimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, filii domni guaimari principis, mense magius, quinta indictione. ego leo filius quondam petri, dum prestitui disiio filio quondam disigi quadtuor auri tari, ut amodo et usque completi duobus anni de suprascripto mense magius ipse disiio vel eius eredes retdere michi meique eredibus, vel cui brebem iste in manum paruerit, alii quadtuor auri tari boni, et pro prode de ipsi tari deant nobis per omnis annum de vindemie in rebus sua dare michi una sauma de vinum bonum in locum uliaria, tamen ipso vinum dare nobis per tempore, quando illis ipso vinum suum inde aduxerit et faciant nos scire tertia die, antequa illut inde aduxerit pro conciandum nos organeum, ubi illum reponamus. de qua per convenientia guadia mihi ipse disiio dedi, et mediatore mihi posuit maio filio quondam maioni; et per ipsa guadia obligavit se et suos eredes, ut si taliter omnia suprascripta nobis non adimpleverit et de suprascripta aliquit contradixerit, per ipsa guadia et per convenientia obligavit se et suos eredes componere nobis, et cui brebem iste in manum paruerit, decem auri solidos constantinos et talia nobis complirent, et ipse mediatore apposuit se nobis ad pignerandum causam suam legitimo et inlegitimo, alio sic se apposuit ipse devitor et eius eredes ad ipsum mediatore ad pignerandum, quod scripsi ego smaracdus notarius.

† Ego ademari me subscripsi

† Ego alderissi notarius me subscripsi.

CMXVII.

A. D. 1037.

† In nomine domini nono decimo anno principatus domni nostri guaimari glorioso principe, filio quondam domni guaimari, mense agustus, quinta indictione. Memoratorium factu a me iohannes filio iaquinti, eo quod ante presentia grimoaldi comiti et iudici coniuntus sum ad bona convenientia cum vibo congnato meus filio quondam petri de locum traboneie, et, sicut convenit mihi et ipsius vibi, ipse vibo adtingnavit mihi omnes rebus sua, quod eidem vibi pertinet abere da genitore et genitrice sua, quod abuit in eodem loco travoneie in monte quam et in plano, cultum vel incultum, ubicumque de sua sortione inbentus dederit inclitum illut mihi adtingnabit. unde pro taliter per vona convenientia guadia mihi ipse vibo dedit, et mediatorem mihi posuit petrus congnato meus filius quondam lupini; et per ipsa guadia obligavit se et suos eredes, ut si aliquando tempore amodo et in antea de ipsa iamdicta sortione de iamdicta rebus vinditura, vel datura abuerint ille vel suos eredes, qualiter omo cogitare possant, quando ille vel suos eredes illut daturo abuerint, mihi qui supra iohanni vel ad meis eredibus illut deant ad iusto baliente pretium, que iuste fuerit appretiatum, et faciant me, vel meos filios et eredes, inde scire pro illut tollendum per tertio constitutum usque dies triginta sex, et dandum inde eorum iusto baliente pretium; et si infra ipsa constituta noluerimus ipsa rebus ab ipsum vibus vel ab eius eredes ad iusto pretium baliente, post ipsa constituta licead illis illut dare cui boluerint, sine contrarietate nostra et de nostris eredibus; nam si ante ipsa constituta cuicumque illut dederint, ut de illorum potestate esset substractum, sine pretium redeant ad potestate mea et de meis eredibus, faciendum inde omnia quod voluerint, sine contrarietate sua vel de suis eredibus. quod si taliter omnia, quomodo et qualiter superius legitur, mihi meique eredibus non adimpleverint et aliquit inde removere aut contrare quesierint, per vona convenientia per ipsa guadia componere obligavit se et suos eredes mihi meique eredibus, aut cui unc brebem in manum paruerit, triginta auri solidos constantinos et omnia suprascripta per invitis nobis complire; et quando ipsa rebus nobis vel ad nostris eredibus dederint, firmarent inde nobis cartulam secundum legem illut nobis defensandum da omnis omines per pena obligata de triginta auri solidos constantinos per supradicta guadia et obligata pena; et si ipsa rebus de ipsa supradicta tingna, quod nobis adtingnabit, in aliis partibus inde dederint sine nostra absolutione, sine pretium redeant ad nostra potestate, et defenset illut nobis da omnis omines omnique

partibus ille et suos eredes .per supradicta obligata pena mihi.meique eredibus adimplere, quod scripsi ego romoaldus notarius.

† Ego qui supra grimoalt comes et iudex. .

CMXVIII.

A. D. 1037.

† In nomine domini nono decimo anno principatus domni nostri guaimari glorioso principe, filio quondam domni guaimari principis, mense agustus, quinta indictione. memoratorium factum a me musandus venerabilis abbas ex monasterii sancte sofie, que sita est intus cives salerno, eo quod ante idoneis hominibus per combenientia tradidit dauferi et rocci de apus monte, filii quondam miri, due pecie de terris vacibe pertinentem predicto monasterio in locum sianum, qui est de ex omni parte fine predicti monasterii. prima pecia per as fines et mensuras: a pars orientis fine via, inde sunt passi octuaginta hocto: a pars meridie inde sunt passi quadraginta quadtuor: a parte occidentis inde sunt passi alii octuaginta hocto: a pars septemtrionis usque in iamdicta via priora fine, inde sunt passi quinquaginta tres. secunda pecia per as mensuras: a meridie inde sunt passi sexaginta tres : ab oriente inde sunt passi centum octo, revolbente per traversum de ipso vallone passi sexaginta duos: ab inde revolbente in pars orientis passi septuaginta, et ab ipsa pars orientis passi quinquaginta, seu revolbente in pars occidentis passi tridecim, et revolbente in pars meridie passi quadtuordecim, totum mensuratum ad iusto passum hominis; in oc ordinem illut eorum tradidit, ut amodo et semper ad eorum et ad illorum eredes sint potestatem tenere et dominare, et fovee et omnis sue utilitatis iusta rationem ibidem facere, et totum illut laborare, et cultare, et pastenare arbores et vites de bono vitineo, ut amodo et usque duodecim anni completi abeant in tota ipsa tradictione perfectum arbustum factum, et operatum, et cultatum, de super et de subtus, sicut de tantos annos locus ipse meruerit; sic namque, ut amodo et usque decem anni completi quantum vinum inde exierint, totum illut sibi abeant; preter, de quod amodo et semper ibidem seminaberint, deant inde terraticum ad missum predicti monasterii secundum consuetudinem de ipso locum; et da ipsi decem anni completi in antea usque duos annos, ut amodo se compleant ipsi duodecim anni, quantum vinum inde exierint, per medietatem dividant: pars ipsius monasterii tollat eos medietatem, et illis et suis eredibus medietatem; et si da ipsi duodecim anni completi in antea

illut tenere voluerit, apto tempore de super et de subtus illut laborare et cultare et, ubi meruerit, arbores et vites ibidem plantare et propaginare, sicut meruerit, quatenus proficiant et non dispereant; et per tempore de vindemie, quando meruerit, illis et suis eredibus faciant scire pars nostri monasterii, ut ibi dirigamus missum nostrum, et illis et suis eredibus tota ipsa tradictio apto tempore rationabiliter vindemiare, et quantum vinum inde exierint, per medietatem dividant: missum predicti monasterii tollat ipso vinum et pomam si abuerint, medietatem, et illis et suis eredibus medietatem; et adsignemus illorum horganeum da vinum ad cellarium, quod pars ipsius monasterii ibidem abuit, et ipsu organeum per illis fiant bonum conciatum et studiatum, sicut meruerit, et ibi midtat ipsa sortione nostra de ipso vino; et ipsum nostrum nutricare secundum illorum possivilitatem, et palmentatica nobis deant, sicut iustum fuerit, et de quod ibidem seminant, deant inde terraticum ad pars nostri monasterii, sicut supradiximus; et quale tempore illis et suis eredibus ipsa tradictio tenere et lavorare non boluerint, aut non potuerint, inclitum illut lavoratum et cultatum, qualis meruerit, remittat ad pars predicti monasterii, faciendum quod voluerint, et liceat illis et omines, qui ibi ad laborandum miserint, inde exire cum omni causa movilia, quod ibidem abuerint, et iret cum illut ubi voluerint. de qua per combenientia guadia mihi ipsi germani dederunt, et mediatorem mihi posuerunt iohannes filius domnandi de eodem locum; et per ipsa guadia obligaberunt se et suis eredibus, ut si taliter omnia suprascripta illis et suis eredibus ad pars ipsius monasteri non adimpleverint et aliquit inde contradixerint, per ipsa guadia componere obligaberunt se et suis eredibus mihi vel ad successoribus meis, seum ad pars ipsius monasterii, aut cui brebem iste in manum paruerit, triginta auri solidi constantini. verumtamen licentiam abeant illis ibidem omines ad lavorandum mittere. quod scripsi ego petrus presbiter et notarius.

† Ego petrus presbiter

† Ego leo.

CMXIX.

A. D. 1037.

† In nomine domini nono decimo anno principatus domni nostri guaimari glorioso princeps, filii quondam domni guaimari principis, mense agustus, quinta indictione. Memoratorium factum a nobis musandus venerabilis abbas ex monasterii sancte sofie que sita est intus cives salerno, et mulier nomine gemma reclita quondam guaiferi, filio idem guaiferi

comiti, et filia quondam guaimari comiti, eo quod ante subscripti idoneis hominibus per combenientia tradidimus dauferi et rocci germani, filii quondam miri, de locum piro finibus apus-monte, una pecia de terra cum radis quertie pertinentem ipsius monasteri et predicte gemme in locum sianum, et est illut unde ego iamdictus musandus abbas ipsorum germani tradidit, quod pertinet in eodem monasterio a supradicto guaiferi viro ipsius gemme, que ipso monasterio construxit et ipsius nomine gemme. exinde legibus pertinet abere sortione ab ipso supradicto guaiferi viro suo, qui est ipsa tradictio in iamdicto locum sianum, ubi vinea et ad oliba dicitur, per as fines et mensuras: a parte orientis fine ipsius monasteri, inde sunt passi ducenti quadraginta duo: a pars meridie fine ipsius monasteri, inde sunt passi quadraginta tres: a pars occidentis fine predicti monasteri, inde sunt passi alii ducenti viginti tres: a pars septemtrionis fine iamdicti monasteri, et coniungentes se in priora fine inde sunt passi viginti hocto; totum mensuratum ad iusto passum hominis. de suprascripta tradictione tradidit ego supradictus abbas ipsorum predicti germani ipsa sortionem quod pertinet in ipso monasterio, et ego nominata gemma tradidit exinde illorum ipsa sortionem mea, quod mihi pertinet ab ipso supradicto viro meo: tamen ego nominata mulier per volunctatem et largietate guaimari comiti, germani et mundoalt meus, et filius supradicti guaimari comiti in oc ordinem, ut amodo et semper tota et inclita est supradicta nostra tradictio per iamdicte finis et mensurie ad illorum et ad eorum eredes sint potestatem tenere et dominare, et fovee et omnis illorum utilitatis iusta ratione ibidem facere, et totum illut laborare et cultare et studiare bonum, sicut meruerit, et infra totum illut, ubi potuerit et aptum fuerit, pastenaret ibidem castanei, et amodo et semper illut vigilare et salbum faceret, sicut decet, et ipse quertie et castanee, a quo parutus fuerit abere rationaviliter, eos per annos colligere, et per medietatem cum pars predicti monasteri et cum pars ipsius nominate gemme dividant; tamen ipse castanee secce dividant et ipse glandi virides: ipsum missu predicti monasteri et predicte gemme tollat eos medietatem, et illis illorum eredes medietatem, et, quando ipse castanee et glandi dividerint, ipsum missum nutricare, sicut iustum fuerit; et de quod amodo et semper ibidem seminaberint, deant inde terraticum ad missum predicti monasterii et de predicta gemma secundum consuetudinem de ipso locum, tamen licentiam abere ibidem homines ad lavorandum midteret; et quale tempore illis et suis eredibus suprascripta tradictio in iamdicto ordinem tenere et laborare non boluerint, aut non potuerint, inclitum illut lavoratum et cultatum, qualis meruerit, remidtat ad potestatem predicti monasterii et ad potestatem ipsius gemme et de eius eredes, faciendum quod voluerint. de qua per combenientiam guadia nobis ipsi germani dederunt et mediatorem nobis posuerunt iohannes de predicto locum filius domnandi; et per ipsa guadia obli-

gaberunt se et suis eredibus, ut si taliter omnia suprascripta ad pars ipsius monasterii et ad pars ipsius nominate gemme non adimpleberint et aliquit inde contradixerint, per ipsa guadia componere obligaverunt se ipsi germani et suis eredibus ad pars iamdicti monasterii et ipsius nominate gemme et ad eius eredes, aut cui brebem iste in manum paruerit, triginta auri solidos constantinos, et unc. brebem scripsi ego petrus presbiter et notarius.

† Ego petrus presbiter

† Ego leo.

CMXX.

A. D. 1037.

† In nomine domini bicesimo anno principatus domni nostri guaimari, et primo anno principatus domni iohanni eius filii, gloriosi principibus, mense sebtember; sexta indictione. Nos iaquintus filius quondam petri de andrea monacho et mulier nomine ammerada, que sum uxor poti clerici, filii adelferi medicus, et filia quondam falconi clerici, qui fuit filius ipsius petri de monacho andrea, coniuncti sumus ante presentia grimoaldi comitis et iudici cum iohannes filius quondam landoni, qui fuit ipse lando germanum meumque iaquinti, et ipsius falconi clerici genitorem meumque ammerade, et per ipsum iohannes hostense sunt due cartule scribte de suprascripto mense et indictione. unam ex ille continebat, qualiter iaquintus notarius filius ragemprandi iudici ante ipsum comes et iudex coniunctus fuit cum supradicto iohannes de lando et per ipsum iaquintus ostensum fuit unum scribtum testamenti de tricesimo hoctabo anno principatus domni guaimari et nono anno principatus supradicti domni nostri guaimari eius filii, de mense nobember, decima indictione, qualiter mirandus filius petri de andrea monachus in infirmitate sua iudicaberat et in manum se commiserat ipsius iaquinti notari, ut post hobitum ipsius mirandi potestatem aberet ipse iaquintus notarius inclita rebus sua de locum arcella et de locum iobi benumdare, et pretium quam inde tulerit, daret pro eius anima, et cuicumque rebus ipsa benumdederit eredes suas illut, sicut ipso scribtum continet, et palamfecit ipse mirandus abere una infantula filia sua nomine erchessenda de domnella uxore sua, et per ipso scribtum iudicaberat ei inclita omnis alia rebus sua stabile et mobile, et terra cum casa sua de intus anc cibitatem, ut perbeniret ad potestatem de ipsa filia sua, in ea ratione, ut si ipsa filia sua abueri filium vel filia, liceret illis exinde facere omnia quod boluerit; et si mortua fuerit sine filium vel filia de viro suo, inclita medietate de ipsa rebus quod ei iudicaberat, liceret illam inde fa-

cere quod boleret, et ipsa alia medietate de ipsa rebus ipse iaquintus notarius illut venumdare, et pretium quam inde tulerit, totum illut dare pro eius animam: tantum, dum viba fuerit ipsa domnella uxore sua et lectum eius custodierit, aberet sibi super suum morgincab usumfructus de omnis rebus et causam eius iusta legem, sicut ipso scribtum continet que in ipsa cartula declaratum est, et, sicut ipsius iaquinti congruum fuit, ante supradictus grimoaldus comes et iudex benumdedit ipsius iohanni inclita quartam partem et media quarta de ipsa terra cum casa que fuit ipsius mirandi, scebto quarta quod in ipsa terra et casa pertinuit et inbentum ad uxorem ipsius mirandi, qualiter ipsa cartula continet que scribta est per alderissi notarius: ibi testatum ipsum grimoaldus comes et iudex; ipsa alia cartula, qualiter ipsa domnella filia ferandi, que fuit uxor predicti mirandi, per bolumtate de mundoalt sui donaverat ipsius iohanni filio landoni ipsa quarta sua de predicta terra et casa, que fuit ipsius viri sui de intus anc cibitatem per illa ratione, sicut ipsa cartula continet cum sortione sua de monimen inde continentem: scribta cartula ipsa per romoaldus notarius; ibi testatum supradictus comes et iudex; et palamfacimus, quoniam supradicta filia ipsius mirandi defuncta fuit absque virum sociata et absque testamentum, et per legem nos et ipse iohannes filius landoni ei successimus in omnia, quantum ipse genitor eius ei udicavit per supradictum scribtum testamenti, et congruum est nobis totum illut de quantum ipsius erchessende pertinuit abere in ipsa terra cum casa predicti genitoris sui illut, quantum nobis pertinet per ipsa successione, donare illut ipsius iohanni. Qua propterea nos iamdicti iaquintus et ammerada, qui sumus thio et nepotem, per anc cartulam ante presentia supradicti comiti et iudici, tamen ego predicta ammerada per bolumtate istius viri mei et una cum illum per an cartulam donavimus tivi supradicto iohanni filio ipsius landoni tota et inclita ipse nostre sortionis de predicta terra cum casa que fuit pertinentes ipsius mirandi, cum omnia infra se abentes et suis pertinentiis, et cum vice de via et andita sua, et cum sortionibus nostre de omnis monimen inde continentem, ad securiter et firmiter amodo et semper tu et tuos eredes illut abendum, et faciendum exinde omnia quod bolueritis; et pro hoc donum firmandum launegilt iusta legem a te inde recepimus auri tari boni numerum biginti quadtuor in omnis deliberatione: finitoque nostra donatione per suscebtum launegilt ea ratione, per combenientia guadia tivi dedimus et fideiussore tibi posuimus: ego iaquintus posui tivi mediatore urso filio quondam petri monacho, et ego ammerada posui tivi mediatore iohannes atrianensis filius iohanni de pantaleo; et per ipsa guadia obligavimus nos et nostris eredibus semper defensandum tibi tuique heredibus inclita suprascripta nostra donatione, qualiter, sicut diximus, tivi dedimus, da omnis homines omnique partibus; et si taliter, sicut dictum est, minime illut vobis defensare potuerimus, tunc secundum legem

de donum et suscebtum launegilt adimpleamus et persolbamus vobis iustitia; et si de omnia que superius legitur, aliquit remobere aut contrare quesierimus, et, sicut dictum est, illut vobis non adimpleberimus, tunc per combenientia et per suprascripta guadia componere obligavimus nos et nostros eredes tivi tuique eredibus triginta auri solidos costantini, et, sicut superius legitur, vobis adimpleamus; quando autem tu et tuos eredes per vos inde bolueritis auctores esse, potestatem abeatis in omnibus inde causare et finem facere, sicut vultis, cum quale rationem inde abere potueritis supradicto mediatore, quod ego ammerada tivi posui, est ipsum iohannes atrianensis filius quondam iohanni de pantaleo, et taliter scribere rogavimus te dauferius notarius. actum salerno.

† Ego qui supra grimoalt comes et iudex.

CMXXI.

A. D. 1037.

† In nomine domini vicesimo anno principatus domni nostri guaimarii, et primo anno principatus domni iohanni eius filii, gloriosis principibus, mense september, sexta indictione. Ante me grimoaldus comes et iudex alfanus comes cognato meus filius quondam alfani comiti pro amore omnipotenti deo et redemtione anime sue dedit in ecclesia vocabulum sanctam trinitatem, que constructa est in locum mitilianu, qui est cenobium fratruum monachorum, in quo et preest venerabilis domnus adelferius eximius abbas, ideo, ut dixi, ipse alfanus dedit in predictam ecclesiam tota rebus, quod eidem alfani fuit pertinentem undecumque in locum tabellara et per vocabula de predicto locum tabellara, cum omnia intra ipsas rebus habentem omnibusque suis pertinentiis et cum vice de viis suis, securiter semper pars predictam sancta ecclesia eiusque rectores ipsa suprascripta rebus habendum, et omnia inde faciendum quod voluerit pars predictam sanctam ecclesiam sanctam trinitatem eiusque rectores. Et suam volumtatem obligavit se ipse alfanus et suos eredes defensandum semper ad partem predicte ecclesie tota ipsa rebus quod ibi dedit, cum vice de viis suis et omnibus ominibus. Et quando partem predicte ecclesie per se inde voluerit esse defensores, potestatem abeant cum omnibus muniminibus et rationibus quas inde abuerit, qualiter voluerit. Et si taliter, ut supra legitur, ipse alfanus et illius eredes ad partem predicte ecclesie non adimpleverit, et ille vel exinde ad partem predicte ecclesie remobere aut contradicere quesierint, sua volumtate obligavit se ipse alfanus et suos eredes ad partes predicte ecclesie

sanctam trinitatem centum auri solidos constantinos et, sicut supra legitur, ad partem predicte sancte ecclesie adimplerent. Tamen et oc dico, quia ego predictus grimoalt comes et iudex in predictum locum tabellara et per revocabula de ipso locum rebus. . . . et te iohannes notarius taliter ego scribere feci pro parte predicte ecclesie sanctam trinitatem, quia et si taliter, ut supra legitur, ipse alfanus et illius eredes ad partem predicte ecclesie non adimpleverit, et illut vel exinde ad partem predicte ecclesie remobere aut contradicere quesierint, componere obligavit se ipse alfanus et illius eredes ad partem predicte ecclesie sanctam trinitatem ipsi centum tari solidos constantinos, et, sicut supra legitur, ad partem predicte sancte ecclesie adimplerent, quam te iohannes notarius subiungere feci.

† Ego qui supra grimoalt comes et iudex.

CMXXII.

A. D. 1037.

† In nomine domini vicesimo anno principatus domni nostri guaimari glorioso princeps, filius quondam domni guaimari principis, mense september, sexta indictione. declaro ego lambertus filius quondam lamberti diaconi, quoniam per firma cartula mihi est pertinentes abere rebus in locum nucerie, ubi ad prepu dicitur, qui est terra cum insiteta et silba una teniente, qualiter ipsa mea cartula continet, quod paratum abeo da manso filio quondam stefani da fine in fine, sicut ipsa mea cartula continet quod supradiximus; et ideo, sicut mihi nominato lamberti congruum est, mea etenim voluntate per anc cartulam ante petrus iudex et alii testes per anc cartulam ante ipsum predictum iudice: dono adque confirmo tivi landoni castaldi filio ammori inclita omnis ipsa rebus, quantum continet in supradicta cartula, quod illut paratum abuit et confirmatum per ipso manso, et que illut dominaturus et possessurus sum, sicut diximus, a fine usque in fine per ipsa iamdicta cartula, cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis, et cum bice de vie sue, et cum quarta de uxore mea et cum ipsa cartula que continet, inclitum illut tivi nominato castaldo donavimus et confirmavimus, unde nullamque nobis nominati de predicta rebus de predictum locum prepu, monte quam et in plano, quantum continet ipsa nostra cartula, et cum ipsa iamdicta cartula a funditus illut tivi donavimus et confirmavimus, ad securiter et firmiter amodo et semper tu nominatus castaldus et ad tuis eredibus, et cui cartula ista in manum paruerit, eos illut abendum, dominandum, possidendum et omnia exinde faciendum quod volueritis,

absque omni contrarietate nostra et de nostris eredibus; et pro confirmandam et stavilíscendam anc nostra donationem, a presentis iuxta legem launegilt a te nominato castaldo recepi mantellum anegrav unum et auri solidos de tari quindecim de ana quadtuor tari boni per unumquoque solidum, sicut inter nobis combenit in omnis deliveratione; finitaque vero nostra donatione per subsceptum launegilt, de qua ego supradictus lambertus per vona combenientia guadia tivi supradicto landoni castaldo dedimus, et mediatorem tivi posuimus riso surrentino filium quondam iohanni; et per eadem guadia obligavimus nos et nostros filios et eredes amodo et semper antistandum et defensandum tivi tuique eredibus inclita ipsa suprascripta nostra donatione ab omnis omines omnique partibus, et cum bice de vie sue et da pars de ipsa uxore sua; quod si taliter etc. *Statuta mulcta quinquaginta solidorum auri Constantini.* Et talitere scribere rogabimus te petrus clericus et notarius, actum nuceria.

† Ego qui supra petrus

† Ego iohannes notarius me subscripsi.

CMXXIII.

A. D. 1036.

† In nomine domini vicesimo anno principatus domni nostri guaimari, et primo anno principatus domni iohanni eius filii, gloriosi principibus, mense december, sexta indictione. Ego iohannes filius quondam romoaldi, sicut mihi congruum est, per anc cartulam mea bolumtate ante subscripti testes benumdedi tibi iohanni filio quondam mari, qui bocatur falretra, quantum mihi fuit et est pertinentes abere a supradicto genitori et genetrice mea de terra cum casa de intus anc salernitanam cibitatem a subtus platea, que ducit ad porta elini et propinquo ecclesia sancte marie pertinentem supradicto mangni principi et de germani eius, et de due partis ipsa terra cum casa ad via qui descendit ab ipsa platea et rebolbit et ducit ipsa via in parte orientis inter ipsa terra et casa et ipsa ecclesia, securiter tu sopradictus iohannes et tuos eredes cuncta supradicta mea benditione vobis abendum, dominandum, possidendum et omnia inde faciendum qnod bolueritis, absque omni mea et de meis eredibus, aut cuiquam ominibus contrarietate vel requisitione, et pro confirmandam vobis iamdicta benditionem a presentis accepi a te exinde duodecim auri tari boni, sicut inter nos combenit: finitoque pretium ipsum aput me abeo. de qua per combenientia

ego supradictus iohannes guadia tibi nominati iohanni emtori dedi, et mediatorem tibi posui godeni da locum selecta, qui est socero meus, filius quondam summi; et per eadem guadia obligo me et meos eredes amodo et semper defensandum tibi tuique eredibus tota ipsa mea benditione, cum bice de ipsa bia, a pars uxori mee et ab illis ominibus et partibus, qui pro mea aut de ipsa uxore mea et de nostris eredibus partibus et datum quodcumque causationes inde tibi tuique eredibus emiserit, aut preposuerit quodcumque causationes; de aliis vero hominibus et partibus, et quando bolueritis ad ominibus omnique partibus per vos ipsis inde auctores fiere, licentias et potestates abeatis in omnibus inde causare et finem facere, qualiter bolueritis, cum quale moninem et ratione inde abueritis, quia omnis mea pertinentia de omnis moninem de ipsa terra cum casa pertinentem tibi benumdedi ad faciendum quod bolueritis, et si taliter etc. *Sequitur consueta formula.* et taliter scribere rogabimus te petrus notarius, hactum salerno.

† Ego ademari notarius me subscripsi

† Ego ioannes me subscripsi.

CMXXIV.

A. D. 1038.

† In nomine domini bicesimo anno principatus domni nostri guaimari glorioso principe, filio quondam domni guaimari, et primo anno principatus domni iohanni eius filio, mense ianuarius, sexta indictione. memoratorium factu a me iohanne clerico filio quondam falconi, eo quod ante presentia domni adelferi clerici et abbas ecclesie sancti maximi, qui est unum de dominii ipsius ecclesie, et ibique esset subscripti testes, per iussionem ipsius domni abbati pro pars et vice ipsius ecclesie sancti maximi ad tenendum et lavorandum et pastenandum abellanietum tradidit ego qui supra iohannes clericus, qui sum minister ipsius ecclesie, iohanni filio quondam amori et abalzami filio quondam teuderici, qui sunt congnati et abitatori de locum nucerie, de rebus pertinentem ipsius ecclesie qui est terra cum quertietum et bacuum uno teniente de locum nuceria, ubi cancellata dicitur, qui est per as finis et mensuras: a pars meridie fine bia publica, inde sunt passi triginta dui et medium: a pars occidentis fine predicte ecclesie, inde sunt passi centum sebtuaginta sex: et a pars sebtemtrionis fine ipsius ecclesie, inde passi biginti sex, et ab inde rebolbente et descendente in pars sebtemtrionis per fine ipsius ecclesie inde passi undecim: et a pars sebtemtrionis fine ipsius ecclesie, inde passi biginti duo et cubito unum: et

a parte orientis fine similiter ipsius ecclesie, et inde sunt passi usque ipsa via priore fines centum sebtuaginta, totum ad iusto passum omini mensuratum; ista vero terra cum quertietum et bacuum uno teniente per iamdicta mensuria totum et inclitum illut, cum omnia ad se pertinentes et cum vice de ipsa via, ipsorum nominati ad tenendum et lavorandum et pastenandum aliqua pars abellanietum ego nominatus iohannes clericus pro pars et vice ipsius ecclesie per iussionem ipsius domni abbati tradidit tali ordine, ut amodo et semper, natos nascente, ad sua et de suis eredibus sint potestate eos tenendum et dominandum, et fobee et omnis sue utilitatis iusta ratione ibidem faciant, et de ipsa rebus infra ipsa mensuria pastenarent ibidem abellanietum a pars sebtemtrionis de longitudo a parte et da pars occidentis, et a parte orientis illut quod pastenamus abellanietum passi sexaginta, et de latitudo, quantum est ipsa terra, et, ubi pastenamus ipso abellanietum, siant da una planta in alia mensurati passi decem, et in illut quod pastenamus ipso abellanietum, fuerit ibidem quertie, similiter siant da ipsa quertia usque planta de ipse abellane quod pastenamus passi alii decem, et ipso quertietum da ipso abellanietum in supra usque ipsa via annualiter cultemus, sicut meruerit, et quante glandi amodo et semper de tota ipsa tradictione annualiter collexerint, tertiam inde darent ad pars ipsius, seu ad missum ipsius ecclesie, quando illis et suis eredibus eum scire fecerint pro recipiendum ipso frudium, et due sortis sivi abeant, et quante abellane de ipso abellanietum quod illis pastenaverit de bone abellane, amodo et usque decem anni completi ibidem collexerint, totum sue sint potestatis, et nullam sortione inde ad pars ipsius ecclesie deant, et quante abellane de ipsi decem anni in antea omni tempore annualiter ibidem collexerint, tertiam parte de ipse abellane secke deant ad ipso missum ipsius ecclesie et due sortis inde illis sivi abeant; et amodo et usque quattuordecim anni completi abeant illis vel suis eredibus in illut quod pastenaberint, abellanietum operatum, et cultatum, et surtum de super et de subter, sicut de tantos annos locus ipse meruerit, ut bene paread factum, et abinde in antea omni tempore suprascripta tradictio per iamdicta mensuria teneant illis et suis eredibus ad lavorandum et frudiandum, et omines, quem illis ibidem miserit ad tenendum et lavorandum et colligendum ipse abellane et ipse glande, per illa ratione dibidendum annualiter cum pars ipsius ecclesie, sicut supra legitur, et ipso missum, quando ibide direxerit pro recipiendum ipsa frudia sortione ipsius ecclesie, illis et suis eredibus annualiter notrire secundum illorum possivilitate; et que amodo et semper in ipsa tradictione annualiter seminaberint, deant inde ad pars ipsius ecclesie annualiter terraticum secundum consuetudinem de ipso locum, et quale tempore ad ipsi quodtuordecim anni in antea tota ipsa tradictio tenere et lavorare non boluerint illis vel suis eredibus, inclita ipsa tradictio lavorata et cultata remittant da potestate ipsius

ecclesie, faciendum inde quod voluerint. Unde pro taliter per convenientia guadia mihi ipsi iohannes et abbalzami pro pars et vice ipsius ecclesie dederunt, et mediatorem mihi posuerunt se ipsis iohannes et balzamus, et per eadem guadia obligaberunt se et suis eredibus; quod si taliter etc. *Sequitur consueta formula.* Berumtamen et non abeant illis aliquando tempore de ipsa tradictione abscidere de ipse cerze, set semper ille cultate abeant, quod scripsi ego romoaldus notarius.

† Ego alfanus me subscripsi

† Ego alderissi notarius me subscribsi.

CMXXV.

A. D. 1038.

† In nomine domini vicesimo anno principatus domni nostri guaimari, et primo anno principatus domni iohanni eius filii, gloriosis principibus, mense ianuarius, sexta indictione. memoratorium factu a me maurone liver omo filio iohanni, eo quod ande ydoneis hominibus coniunctus sum cum petrus atrianense filio quondam sergi, propter quod iam preteritis per firmum brebem in partionis hordine mihi traditum abuit ad pastenandum una pecia de terra in locum transboneiam, ubi tegora dicitur, per as fines et mensuras: de una parte fine medio ballone, inde sunt passi sedecim: ab oriente fine ipsius petri, abinde da medio ballone ipso saliente et coniuniente in via publica: a parte septemtrionis fine ipsa bia publica, inde sunt passi alii sedecim: ab occidente similiter fine ipsius petri, qualiter se coniungit ad medio ipso ballone, totum ad iusto passum omini mensuratum. Et, dum ego ipsa terra per ipsa fines et mensuras vinea pastenavi et operavi, et constitutum completum abemus, quod inter nos debemus illut dividere, congruum nobis est ipsa sorte nostra, quod est medietas de ipsa pastenatione, ipsius petri vicariationis tradere, et ammittere, et recipere ab eum una pecia de terra sua bacua in ipso locum trasboneia, ubi plagarie dicitur, qui est per as fines et mensuras: a parte meridie erga bia publica que pergit ad mare, inde sunt passi octuaginta: de pede quod est a pars orientis, fine ipsius petri, inde sunt passi quadraginta duo: et a parte septemtrionis fine ipsius petri, sunt inde passi sexaginta quadtuor et appiegad in capite quasi gaida; pecia ista de terra per iamdictas fines et mensuras, pro quibus sorte mea de ipsa pastenatione etiam misi, ille mihi tradidit cum vice de via ad cisterna illorum conmune per pede de ista rebus cum vasum, quem omo potet portare in manibus vel in umero, aqua inde auriendum iusta rationem, et portandum ad ipsa

predicta rebus, que mihi modo tradidit, ad securiter et firmiter amodo et semper ego et mei heredes illut habendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum quod voluerimus sub ordine tingationis, sicut supter declarad. de qua per combenientiam guadia mihi dedit ipsa petrus et mediatorem mihi posuit landolfus filius quondam petri notari; et per ipsa guadia obligavit se et suos eredes amodo et semper defensandum mihi meique heredibus inclita ipsa pecia baciba per iamdictas fines et mensuras, que mihi modo tradidit, cum vice de ipse bie a pars uxori sue et ab omnibus ominibus omnique partibus, et stetit, ut amodo et usque tres anni completi tota predicta pastenatione teneamus nostre potestatis et lavoremus illut annualiter bonum de super et de supter, sicut locus ipse meruerit; et per vindemie, stante illum vel suos eredes, seu missum illorum, quem scire fecerimus, illut vindemiemus et da palmentum procuremus et poma exinde colligamus suis temporibus, et de omnis vinum et poma quam inde exierit, demus ibique illorum medietatem et nobis inde abeamus reliqua medietate, et sortione illorum de ipso vinum reponamus per annum in reditum nostrum indeque in organeum illorum quod ibi abet, qui per nos sit per annum bonum conciatum et studiatum, et faciamus ipso vinum illorum salbum, donec illut inde tollat absque degeneratione et ignem; et dum pro ipsa vindemia ibi steterit per annum ille vel missum suum, nos illum nutriamus secundum nostra possivilitatem, et ad completi ipsi tribus anni inclita ipsa pastenatione cultata, et studiata, et inpalata post vindemie recollecte de ipso tertio anno remittamus ad potestatem ipsius petri cum organea sua, quod ibi abuerit et pergat, ubi voluerimus, cum omnia nostra causa mobilia; et si reditum quod ibi abemus, modo inde excosserimus et portaberimus ad ipsa pecia baciba, quod modo nobis tradidit, tunc ipsa organea ipsius petri sub reditum copertum bonum et clusum stare faciamus; et si aliquando ipsa pecia de terra, que modo nobis tradidit, daturam aut vindituram abuerimus ipsius petri vel ad sui eredes, illut damus et vindamus ad iusto pretium que iuste fuerit appretiatum, et faciamus illis inde scire pro illut emendum per tertio constitutum usque dies triginta sex; et si per ipsa constituta noluerint illut emere et dare inde nobis iusto valiente pretium, tunc post ipsa constituta liceat nos illut dare cui voluerimus; nam si ante ipsa costituta, si cuicumque sine illorum licentia illut vel exinde dederimus, sic ut de nostra potestate siat sustractum, sine pretium rebertad ad potestatem illorum brebem meum quod abui de ipsa pastenatione ipsius petri ammissimus, faciendum quod voluerit. quod si taliter etc: *Sequitur consueta formula. Statuta mulcta quinquaginta auri solidorum Constantini.* quod scripsi ego myrandus notarius.

† Ego ademari me subscripsi

† Ego alderissi notarius me subscripsi.

CMXXVI.

A. D. 1038.

Summarium:

† Vicesimo anno principatus Guaimarii, et primo anno principatus Iohannis filii eius, « mense Ianuario, sexta Indictione. Haec charta de eadem traditione terrae de loco Trans- « bonea, ubi Tegora dicitur, agit de qua antecedens; et est *memoratorium*, sive decla- « ratio Petri atrianensis filii quondam Sergii, qua eodem pacto iisdemque muneribus su- « pradictam terram locat Mauroni libero homini filio Iohannis. Idem notarius Myrandus « hanc chartam exaravit, iidemque testes subscripserunt. »

CMXXVII.

A. D. 1038.

† In nomine domini nostri ihesu christi inperantibus domno michael magno imperatore anno quinto, mense aprelis, secunda indictione. Ideoque ego iohannes archipresbiter rectores de ecclesia sanctus georgius de ipsi arci de castellum de cicala, bona etenim mea bolumtate per an chartulam damus tibi romoaldus filius olprandi, de loco sanctus paulus de cicala, una pecia de terra que fuit de mari episcopus mezupane, quam offertum abuit in ipsa ecclesia at pastenandum, et est posita, ubi dicitur at monticellum, et ipsa terra abet finis de uno latere terra basili grecu, et de alio latere terra domni petrus millusu, quam tenet ad censum mari magister palumbus, et de uno capite abet finis ipsu fossatu, et de alio capite terra sergi de gautio de sanctus paulus et petrus portasu. hec nominata terra, qualiter finis eius predicte sunt ded. . . . . rommoaldu ad pastenandu et debetis plantare arbores et vites pomifera, fructifera vel infructifera, iusto et legitimo ordines, ut bene pareat pastenatus subtus vel super, et laboretis cum bestros vobes et at manus diligenter apto tempore, et de vestra semminare semmente debeatis ad omne vestru expendiu, et dare nobis debeatis terraticum de quinque una, et ipsa vindemia vos vindemiare debeatis cum bestris operariis, et conciaturia et quicquit ibidem dominus deus dederit vino mundo, per equaliter inter nobis dibidere debeamus at palmentum legitimu calcatum ante omine nostru, et ipsa peciola tollere debeatis, et pro ipsa peciola dare nobis debeatis unum pullu bonum palmen-

taticu et at duas personas omninu manducare et vibere, ut iustu fuerit. hec nominata terra, qualiter finis eius iamdicte sunt, ab omnibus ominibus antistare et defendere promittimus et obligamus; quot si minime inantistare et defendere noluerimus, aut si nos ipsis per quobis ingenio remobere vel disrumpere quesierimus, tunc obbligamus nos qui supra nominatus iohannes archipresbiter, obligamus et nostris posteris tibi rommoaldus et ad tuis eredibus ad componendum biginti solidi bisanteis, et an cartulam pastinationis sit firma et stabilis in perpetuum, quam et te alferi notarius scribere rogabimus, actum nola.

† Ego iohannes archipresbiter

† Ego petrus presbiter [1].

CMXXVIII.

A. D. 1038.

† In nomine domini vicesimo anno principatus domni nostri guaimari, et primo anno principatus domni iohanni eius filii, gloriosi principibus, mense magio, sexta indictione. Memoratorium factu a nobis guido et iohannes germani filii quondam iohanni ante ademari comes et iudex prestituit iohanni filio quondam adelferi de sancta maria, que dicitur da vico, triginta auri tari boni; unde pro taliter per combenientia ante ipsum comes et iudex guadia nobis ipsum iohannes dedi et mediatorem nobis posui seipsu; et per ipsa guadia obligavit se et suos filios et eredes, ut ista calendas iunii, mense prius beniente, ipse iohannes et suos filios et eredes retdere nobis, vel ad nostris eredibus, alii triginta auri tari boni pesanti de moneta bona, ut sine iunta illis dare possamus; et si da ista calendas iunii mense in antea ipsi triginta aurei sublaxare boluerimus, et quando eorum illis quesierimus recolligere, a presentis ipse iohannes et suos filios et eredes ipsi tringinta auri nobis, vel ad nostris eredibus, seu cui brebem iste in manum paruerit, retdere cum prode per ratione, quomodo benerit per annum, de quinque tari boni in sex, de quantum tempus a super ipso constitutum in antea illis tenuerit, toti boni pesanti de moneta bona, sicut supradictum est; et si taliter ipse iohannes et suos filios et eredes ipso pretium in supradicta ratione nobis, vel ad nostris eredibus, seu cui brebem iste in manum paruerit, non retdiderit, et aliquit inde removere aut contrare quesierit, per combenientia per ipsa guadia componere obliga-

[1]) Vide fac-simile in fine Vol.

vit se et suos filios ed eredes, nobis vel ad nostris eredibus, aut cui brebem iste in manum paruerit, triginta auri solidos constantinos, et omnia, ut superius legitur, nobis adimplerent; et apposui et obbligavit se ipse iohannes et suos filios et eredes, nobis vel ad nostris eredibus, seu cui brebem iste in manum paruerit, appignerandum omnis rebus et causam suam legittimo et inlegitimo, etia et persona sua et de filios et eredes suos, nos illis compreendendum et distringendum, donec omnia, ut superius legitur, nobis adimplerent, et hunc brebem scripsi ego ademari notarius per demandationem supradicti comes et iudex.

† Ego qui supra ademari iudex.

CMXXIX.

A. D. 1038.

Quum charta huius anni variis in locis abrasa et intersecta minime intelligi possit, damus summarium: »

† Vicesimo anno principatus Guaimarii, et primo anno principatus Iohannis filii eius, mense Iunio, sexta Indictione.

« Domnus Speciosus abbas monasteriorum Sancti Petri et Sancti Iohannis Salerni prope « portam Rotensem, reddit pro solidis viginti Petro Ramfo, ante Amatum iudicem et *adbo-* « *catorem monasterii,* TERRULAM CUM CASELLA SOLARATA sitam etiam Salerni subtus pla- « team *quae badit a subtus ecclesia Sancti Gramatii.* »

Finis textus:

Et taliter scribere rogavimus dauferius notarius actum salerno.

Subscriptiones testium:

† Ego qui supra amatus iudex

† Ego iaquintus notarius me subscripsi

† Ego alderissi notarius mę subscribsi.

CMXXX.

A. D. 1038.

† In nomine domini bicesimo anno principatus domni nostri guaimarii, et primo anno principatus domni iohanni eius filii, gloriosi principibus, mense iunius, sexta indictione.

memoratorium factum a me guidelmo filio roffreda, eo quod ante subscripti idoneis hominibus coniuntus sum ad conbenientiam cum leo filio quondam iohanni de comite maurone, propter quod ante os annos, quando tulit uxore anna filia predicti leoni tando, stetid mihi ad dare in dotis pro ipsa filia suam una tertiam partem de una pecia de terra sua cum vinea et pomis, quod ille abet in locum fonti, que est per as fines: a parte orientis fine media sepe et per media ipsa sepe abiente in petra lessedata, et per ipsa petra abiente usque in bia publica que benit da salernum: a parte occidentis fine ipsa bia, et per ipsa bia pergentem usque in unum rofaneo, ubi est. . . . . et per ipso rofaneo saliente usque in unum plescum maiore, et trabersante ipso plescum et pergente usque in pede de una oliba, et inde pergente usque in ipsa bia. infra ipsas fines ipse leo steti mihi at dare in dotis inde pro ipsa filia suam inclita una tertiam partem, ut ego et ipsa uxore meam et nostris eredibus potestatem abeamus de ipsa tertiam partem de predicta rebus fobee et omnis nostres utilitatis iusta rationem ibi faciamus; et per combenientia obligavit se ipse leo et suos eredes semper defendere mihi et ad ipsa uxore mea et ad nostris eredibus cuncta supradicta sua tradictionem, qualiter prelegitur, cum bice de via sua da omnis omines omnique partibus, et non illut nobis tollere aut contrare; et dedit nobis potestatem, ut quando boluerimu de supradicta sua tradictione autores esse boluerimus, potestatem abeamus in omnibus inde causare et finem facere, qualiter boluerimus, cum omnibus muniminibus et rationibus quas inde abere potuerimus. et si taliter omnia suprascripta per supradicto ordine ipse leo socerum et genitor nostru et suos eredibus nobis non adimpleberit, et illut bel exinde remobere aut contrare, seum retornare quesierit, per combenientia componere obligavit se ipse leo et suos eredes mihi et ad ipsa uxore mea, vel ad nostris eredibus, viginti auri solidi costantini et in suprascripta inter nos adimplere. verumtamen oc recolimus, ut de inclita ipsam tertiam parte de ipsa rebus per ipsas fines, ego et ipsa uxore mea et nostris eredibus faciamus exinde omnia quod boluerimus per supradicta obligata penam, quod scripsit ego petrus notarius.

† Ego ademari notarius me subscripsi

† Ego iohannes me subscripsi.

CMXXXI.

A. D. 1038.

† In nomine domini vigesimo anno principatus domni guaimarii, et primo anno principatus domni iohanni eius filii, gloriosis principibus, mense iulio, sexta indictione. Declaro ego iaquintus castaldus, quia dum enim in actu cilenti ad causas diffiniendum audivi. . . musericle dominantur conquesitas haberent res in ipso loco, ubi residentes sunt, a sacratissimo salernitano palatio, et audivi, quia intrassent in rebus pubblicis que cum eorum rebus coniuncte sunt. Set, dum veraciter illud invenirem, super ipsas res perrexi cum bernardo et lutherio presbiteris et ministerialibus, et ante meam presentiam venerunt petrus et urso, germani et filii quondam leonis musiricle, et marinus et balsamus, germani et filii quondam iohannis, et iohannes filius quondam guisonis, et ostenderunt ipsarum rerum conquisitionem ita continentem: Nos guaimarius et iohannes divina protegente clementia longobardorum gentis principes concessimus vobis iohanni, et petro, et urso, qui estis germani et filii quondam leonis, et iohannes filius quondam guisonis, qui estis congnati et fideles nostri, terras et vineas in loco qui vocatur ancilla-dei actus lucanie, pertinens sacro nostro palatio actusque principatus nostri per hos fines incipiens a via saliens per balloncellum, unde aqua viva decurrit, et revolvens per cilium et pescora et perveniens in balloncello qui vocatur sisimbrius, unde similiter aqua viva decurrit, et pergens usque in balloncellum qui dicitur porcili, et exiens in via que coniungitur in alio vallone, qui dicitur nucelletum, et per ipsum ballonem ascendens usque in limitem qui ibidem positus est, et iterum revolvens per iamdictum limitem et pergens ad aream antiquam, ubi tria pescora sunt, et descendens in via que vadit ad pontem, qui vocatur terratum, et pergens per ipsam viam et coniungens in ballone qui dicitur de nucellitu, et descendens per iamdictum vallonem et coniungit in via que vocatur de corno, et salit per illorum clausuras et coniungit in via que est prior finis. dum ego predictus castaldus ipsos fines videram, inquisivi ab hominibus loci vicineorum, si veraciter ipsi mosende illud tenerent, et per ipsos cognovi, quia omnes ipsos fines, sicut ipsum preceptum continet, per rectitudinem ipsi illos tenerent, set intentio est de ipsis tribus pescora et de ipsa area antiqua usque in via ipsa, que venit de ponte terrato inter aream, quam superius dixerant, nobis nominatis bernardus et leutherius presbiteri et ministrales, qui per iussionem dominorum ministrales preteriti tempori super ipsas res advenissent, et iam intentio inde facta fuisset et finitio per ipsos inde fuisset facta, qualiter ipsi musiricle modo clausum retinent ab ipsi tres pesclora, sicut ipsi

furcati et sepe posita est usque in ipsa via; dum autem per ipsos ministrales talia agnovi, quia per ipsos finitio ipsa facta fuisset, per cognita causa ordinavi, ut in posterum inde non oriatur intentio, et a foris ipsa sepale in parte orientis in media via que venit de ipso ponte terrato, inter res pubblicas inveni petram immobilem, ubi ab ipsa petra usque in ipsa sepale, ubi ipsi musiricle cancellum factum habent, non est alia petra, set iuxta ipsum cancellum terminum figere feci, ut sunt ab ipsa petra immobili usque in ipso termine passi viginti quatuor ad iustos passus, ut ab ipso termine et, sicut conficti sunt ipsi furcati usque in ipsis tres pesclora, teneant ipsas res ipsi prefati petrus, et urso, et marinus, et balsamus, et iohannes, et eorum heredes, sine omni contrarietate, et iam in forensi habeant licentiam de ipsis rebus deinde pro eis retinere, et taliter scribere feci te talarico presbiter et notarius qui fuisti actus cilenti.

† Ego qui supra iaquintus castaldus.

CMXXXII.

A. D. 1038.

† In nomine domini dei salvatoris ihesu christi, imperante domno michaeli magno imperatore, anno quinto, die quintadecima mensis septembrii, indictione septima, neapoli. Certum est me heupraxia libera femina, que nominor campanella, filia quondam domni iohanni de rocci et quondam domne drosum libere femine, iugalium personarum, relicta autem quondam domno stephani, qui dicebatur campanella, a presenti die promtissima volumtate venumdedi et tradidi tibi stephano filio quondam domni de maste sergii, idest integra una clusuricella mea de terra que nominatur panupictulum, posita vero foris loco qui nominatur miana, pertinente mihi per parentorum meorum, una cum arvoribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus, coherente sivi ab uno latere terra domni iohannis pisani filio quondam domni gregorii pisani, et de alio latere coheret terra tua suprascripti domni stephani: de uno capite est in aliquantum terra suprascripti domni iohannis pisani et terra (*deest nomen*); et de alio capite est terra de quidem stephano ferrario, qui nominatur arrectiaculo, sicuti ex omni partem sepis eam circundat, de qua nihil mihi exinde, nec in alienas cuiusque personas, quod absit, commisit aut iam committo potestatem, set a presenti die et deinceps prenominata suprascripta integra clusuricella mea de terra que tibi venumdedi, que nominatur panupictulum, posita foris suprascripto loco miana, una cum arboribus et

introitum suum, et omnibus sivi pertinentibus, et, sicuti tibi illos per suprascriptas coherentias exegregavi, sicut superius legitur, a me tibi sit venumdatum et traditum in tua tuique heredibus potestatem perpetuam exinde facere volueritis, liberam semper abeatis potestatem; et neque a me suprascripta heupraxia, que nominor campanella, neque a meis heredibus, nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam tu suprascripto domno stephano aut heredibus tuis, quod absit, abeatis exinde aliquando quacumque requisitionem aut molestia, per nullum modum, nec per summissis personis, a nunc et in perpetuis temporibus. Insuper omni tempore ego et heredibus meis, tibi tuique heredibus, exinde ab omnis omnique partibus in omnibus antestare et defensare debeamus, propter quod exinde accepi a te in presentis idest auri tari quindecim, sicut inter nobis comvenit; si autem ego aut heredibus meis aliter fecerimus de his omnibus suprascriptis, per quobis modum aut summissis personis, tunc compono ego et eredibus meis tibi tuique heredibus auri solidos duodecim bytianteos, et hanc chartulam venditionis, ut super legitur, sit firma scripta per manus sergii primarii per suprascripta septima indictione.

† Hoc signum manus suprascriptae eumpraxie que nominatur campanella, quod ego pro ea subscripsi et suprascripti tari traditos vidi. †

† ego leo filius domni iohannis testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† ego marinus filius domni iohannis testis subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† Ego leo tabularius testis subscripsi et suprascripti tari traditos vidi †

† Ego sergius primarius complevi et absolvi per suprascripta septima indictione. †

CMXXXIII.

A. D. 1038.

† In nomine domini domno michayl dibina gratia imperator augusto, deo propitius, quinto hanno imperii eius, mense hoctuber, septima indictione. Ideoque ego vir nomine cotuneo filius quondam adelgrimi, qui sum commorantes intus cibitate luceria, eo quod intus cibitate luceria, coram presentiam iohanne magnifico iudice et aliis vonis hominibus, qui hic suptus conscripti sunt, clarefacio enim, quia pertinentem michi habeo una petia de terra propinquo ipsa hecclesia sancti iacobi apostoli, que fundata est et edificata in loco qui dicitur lama-cupa, ubi domno franco benerabilis abbas regimen esse videtur, et que hisdicta terra per bona mea bulumtate et pro mercede et redentione hanime

mee, vel de parentum nostrorum, michi donare congruum est tibi domno franco benerabilis abbas pro opus sancti iacobi apostoli, in senpiternaliter habendum, ut omni tempore die noctuque horationem habeamus nos et nostris parentibus, ut hante dibino iudicio mercede acquirere baleamus, sic michi congruum et abtum esse videtur, bonam etenim mea bolumtate coram presentia supradicti iudicis et haliorumque supscriptorum testium dedimus et tradidimus ipsa tota et integram terra tibi domno franco benerabilis abbas et sancti iacobi apostoli, que habet finem: de prima parte habet fines ipsa carrara hantica: de secunda vero parte habet fine ipsa terra que fuit kadelayto: et de tertia parte habet fine ipsa bia plubica, que pergit contra ipsa torre et coniungit se in uno kapite. inter hec vero fines, que superius cernitur et legitur, de fine in finem, quantum infra claustrum est ipsa terra iamdicta, unde nec nobis neque hab eredibus nostris, verum etiam nec quartula uxoris mee, neque ad nullum quempiam hominem ibi haliquit portio reserbabimus requirendi, set qualiter se iacet ipsa iamdicta terra, una cum mediis limitibus et cum biis et handita sua, et cum omnibus suis pertinentiis, dedimus et tradidimus ipsa terra tibi domno franco benerabilis abbas et sancti iacobi apostoli senpiternaliter possidendum, tam bos quam et omnes vestri posterioribus, ea scilicet ratione, ut hamodo et semper eadem nostra donatione integram, sicut supra legitur, habere et possidere baleatis, et faciatis exinde que amodo tibi domno franco benerabilis abbas vestrisque posterioribus placuerit, sine contradictione nostra et de omnibus nostris heredibus requisitione. unde guadia tibi dedimus, et mediatorem tibi pusuimus madelfrit filium gentile presbiter; et obligamus nos et nostris heredibus tibi cuius nominato domno franco benerabilis abbas vestrisque posterioribus, ut hanc nostra donatione nos vobis ab omnibus ab omnique partibus hantistare et defendere debeamus eam vobis per inbitis; quod si noluerimus, aut si nos ipsos per qualiscumque modis vel ingenium illam vobis retornare aut remobere quesierimus, primis omnium questio et causatio nostra inanis et tacita sint, et decem auri solidi constantini penam vobis vestrisque posterioribus nos et nostris heredibus componere obligamus in eadem guadia et per districtum ipsum vestrum mediatorem; et insuper deprecamus sancti iacobi apostoli, ut quicumque haliquit de rebus ista, que deo et sancti iacobi dedimus, ad usum suum tollere boluerit, sit a deo celi anathematus, binculos nudatus, perditus et halienatus in die domini nostri ihesu christi, partem habeat cum dathan et habiran et sociis eius, qui cum corpus et hanime descenderet in infernum, et partem habeat cum iuda traditore domini et magistri sui, maledictus vero fiat a trecenti decem et hocto patres, segregatus vero fiat a corpus et sanguinem domini nostri ihesu christi, extorrens et halienatus ab omni ingressum in ecclesiarum; et quicumque deo et sancti iacobi adiutus steterit, bideat claritatem

dei cum is qui ad dextera positi sunt, benite benedicti patres mei percepite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi, habeat pro se modo et interbenientem dei genitricis marie et omnes sanctos, hangelos et apostoli dei, ut pro eorum merita intercessio sit, et fiat absoluti ab omnes nexum peccati, et cartula nostre donationis omni tempore firmam et stabilem permaneat, quem te adelferi notarius hanc cartulam donationis ascribere rogabimus qui et interfuit. actum in civitate lucerie indictione feliciter.

† Ego qui supra iohanne iudex

† Ego caloleo teste

† Ego maio teste.

CMXXXIV.

A. D. 1039.

† In nomine domini anno vicesimo [1]) principatus domni nostri guaimari glosiosi principis, mense ianuarius, octaba [2]) indictione. memoratorium factu a me disio filio quondam mansoni, eo quod ante subscripti testes ad tenendum, et laborandum, et pastenandum arbustum tradidit ego amoniti filius ciceri de locum ballentino due pecie de terris, una cum arbustis propinquo ecclesia sancti archangeli, et alia bacua quod abemus in ipso locum ballentino, ubi proprio ad colummola dicitur; ipsa pecia da columola per ec finis et mensuria: a pars occidentis sunt passi decem et octo: a meridie sunt passi viginti quattuor, rebolbente in pars meridie passi quadraginta, iterum rediendo in pars orientis per fine nostra a pars orientis sunt passi duodecim: a sebtemtrionis sunt passi viginti minus cubito unum, rebolbente in pars sebtemtrionis passi tridecim minus cubito unum, iterum rediendo in pars occidentis passi quadraginta sex; et ipsa alia pecia cum arbustis et pomifera, qui est propinqua sanctu archangelu per ec finis et mensurie: a pars meridie fine bia publica, sunt inde passi quadraginta sex et cubito uno: a parte occidentis fine bia, qui pergit ad ipsa ecclesia, sunt inde passi sidecim: a pars sebtemtrionis fine sicut medio limite et sabuci discernit, sunt inde passi viginti sebtem: a pars orientis fine de eredes guidoni comiti, et coniungente se in ipsa via priore fines et inde sunt passi viginti quattuor, totum ad iusto

[1]) Lege: *vicesimo primo.*

[2]) Lege: *septima.*

passum omini mensuratum. ec vero ambo supradicte pecie per iamdicte fines et mensurie inclitum illut ipsius amoniti ad laborandum et pastenandum tradidit, unde pro taliter per vona comvenientia guadia mihi ipse amonitus dedit et mediatorem mihi posuit se ipsum amonitus; et per ipsa guadia obligavit se suosque filios eredes tali ordine, ut amodo et duodecim anni completi ad sua et de suis eredibus sint potestate eos tenendum et dominandum, et fobee et omnis sue utilitatis iusta rationem ibidem faciant, et ipso arbustum temporibus suis laborarent et cultarent de super et de supter, sicut locus ipse meruerit, quatenus proficiant et non dispereant; et ipsa pecia da columola per ipsi finis et mensurie tota pastenarent arbustum de vono vitinio et eos cultarent, sicut meruerit, et a quo vinum inde exierit, medietatem illut nobis vel ad nostris eredibus dare, et reliqua medietate illut sivi abere. ad completi autem ipsi duodecim anni ille autem vel suis filiis et eredes abeant in tota ipsa terra da comlomola arbustum factum, operatum et cultatum de super et de supter, sicut de tantos annos locus ipse meruerit, ut vene pareat factum, et iam in antea omni tempore, dum ille vel suis eredibus, natos nascente, tota supradicta tradictione tenere et laborare boluerint, totum sue potestatis sint eos tenendum et dominandum, et fobee et omnis sue utilitatis iusta rationem ibidem faciant, et totum eos laborarent de super et de supter, sicut locus ipse meruerit, ut proficiant et non dispereant, et a quo vinum nobis dederint, faciant nos vel nostris eredibus, ille vel suis eredibus, scire, ut dirigamus ibidem missum nostrum, et ille vel suis eredibus tota ipsa arbusta abto tempore vindemiarent, sicut meruerit, et totum ipso vinum ibique ad palmentum illut inter nos dividamus: ipso missum nostrum tollat eos medietatem, et illis tollat reliqua medietate, et adsignemus eorum ibidem ad domus sua organeum vonum da vinum, et illis organeum ipsum bonum conciarent, sicut meruerit, et ibidem reponant ipsa nostra sortione de ipso vinum, et faciant nobis annualiter ipso vinum salbum, donec illut inde tulerimus, absque degeneratione et ingne et mures, et ipso missum et caballum, si ibidem adduxerit ipso missum, illis eum notrire secumdum sua possivilitatem, et darent ei palmentatica, sicut meruerit, et que amodo et semper ibidem seminaberint, deant inde nobis terraticum secundum consuetudinem de ipso locum; poma vero, si ibidem abuerit, deant nobis per tempore medietatem, et illis abeant reliqua medietate; et quale tempore da ipsi duodecim anni in antea ipsa tradictio tenere et laborare non boluerint, inclita ipsa rebus laborata et cultata remittant ad nostra potestate, et liceat illis vel eredibus inde disturbare reditum, si ibidem factum abuerint, et excotere et omnis sua causa movilia, et ire cum illut ubi boluerint, sine nostra vel de nostris eredibus contrarietate; et si in supradicto ordine ipsa rebus nobis non ammisserit, et de ac terra salernitana exierint pro aliubi ad abitandum, aud si talem fecerint culpa, unde ad pala-

tium cecidere debuerint, inclita ipsa rebus redeant ad nostra potestate; et si infra tres anni in ac terra fuerint illis rebersi ad abitandum et ebacuati de ipsa culpa, inclita ipsa tradictio remittamus ad illorum potestate, ad tenendum illut in suprascripta ratione; et si ipso annum, quando illis redierint, ipsa rebus laborata inbenerint, liceat nos inde ipso annum ipso frudium tollere; et si infra tres anni in ac terra illis non fuerint rebersi ad abitandum, faciamus de ipsa rebus omnia quod boluerimus. quod si taliter omnia, ut superius legitur, nobis nostrisque eredibus non adimpleverit et aliquit inde contradixerit, tunc per ipsa guadia obligavit se suosque eredes ad componendum nobis nostrisque eredibus biginti auri solidi constantini, et omnia suprascripta per invitis nobis complire, et unc brebem scripsi ego romoaldus notarius qui interfui.

† Ego landenolfus

† Ego maraldus me subscripsi

† Ego iaquintus notarius me subscripsi.

CMXXXV.

A. D. 1039.

† In nomine domini bicesimo primo anno principatus salerni domni nostri guaimari gloriosi principis, et primo anno principatus eius capue, mense februarius, septima indictione. memoratorium factum a me petrus clericus filius quondam iohanni ante presentia domni adelferi abati et diacono et archipresbiter, qui est unum de dominium ecclesiis sancti massimi, tradidit petri clerico, filio quondam petri clerici de nuceria, rebus predicte ecclesie que est cum abellanietum, quod ego in beneficium teneo in locum nuceria, ubi dicitur agella, et est rebus ipsa per fines et mensuria: a pars orientis fine predicte ecclesie, inde est per longitudo passi quadraginta unum et mediu: a septemtrione fine ipsius ecclesie, inde est per latitudo passi sidecim: a parte occidentis fine iamdicte ecclesie, sunt passi triginta quadtuor: a parte meridie fine limite, inde sunt passi decem et nobem ad iusto passum. tali ordine illut eos tradidit, natos nascentes, illut tenere et dominare, et fobee et omnis illorum utilitatis ibidem facere, et amodo et semper per ipsa rebus laborare et cultare et pastenare abellane, ubi meruerit, et illut ei cludere et semper clusum abere, ut semper proficiant et non dispereant, et semper bonum paread laboratu, et per omnis annum ipsum abellanietum colligere et ipse abellane seckare, et semper faciant scire nos et pars predicte ecclesie, ut ibi dirigamus missum nostrum, et ipse abellane illis dibidere per medietatem:

nos tollamus inde medietatem, et illis medietatem; et quicquit ibi seminaberi, deant inde nobis terraticum secundum consuetudo de ipso locum, missum nostrum, dum ibi steterit, illis eum notrire pro tollendum ipse abellane et ipso terraticum. de qua per bona combenientia guadia michi dedi ante presentia ipsius domni abbati, et mediatore mihi posui urso ballense filio quondam mele; et per ipsa guadia obligavit se ipse petrus clericus de nuceria et suos eredes, ut si de omnia suprascripta mihi vel in pars ipsius ecclesie non adinpleberi et aliquit inde contradisserit, per ipsa guadia componere nobis biginti auri solidi constantini et omnia suprascripta nobis adimplere, et ego et pars predicte ecclesie ipsa rebus illorum defensemus da omnis omines cum bice de bia sua, et unc brebem scripsi ego romoaldus notarius.

† Ego romoaldus me subscripsi

† Ego alderissi notarius me subscribsi.

CMXXXVI.

A. D. 1039.

† In nomine domini vicesimo primo anno principatus salerni domni nostri guaimari glorioso principe, et primo annu principatus eius capue, mense aprelis, septima indictione. memoratorium factum a me leo diacono filio quondam stefani, eo quod ante presentia domni adelferi diaconus et abbas et archipresbiter ecclesie sancti maximi per iussionem ipsius domni abbati ad tenendum et lavorandum tradidi ego una cum amatus iudex adbocator eundem ecclesie landoni de apus-monte, filio quondam godeni, una pecia de terra cum arbustis vitatis, quod pars ipsius ecclesie abet in eodem locum apus-monte, ubi campu da la padule dicitur, quod ego leo diaconus in veneficium illut retineo a pars predicte ecclesie, et est ipsa rebus per as finis et mensurie: a pars occidentis fine ipsius ecclesie, et inde sunt passi sexaginta unum: a parte meridie similiter fine ipsius ecclesie, et inde sunt passi triginta quadtuor: a pars orientis similiter fine ipsius ecclesie, et inde sunt passi quinquaginta unum: a septemtrionis similiter fine predicte ecclesie et coniungente se ad ipsa priora fine, et inde sunt passi quadraginta, totum mensuratum ad iusto passum omnini. Ec vero predicta pecia de terra cum arbustis per iamdicte finis et mensurie, cum omnia intro se abentibus et cum vice de via sua, inclitum illut ego una cum ipsum amatus advocator ipsius ecclesie per largiétatem et absolutionem ipsius domni adelferi diaconus et abbas et archipresbiter, qui est unum de dominii de ipsa ecclesia santi maximi ipsius landoni tra-

didit, tali ordine, ut amodo et semper omni tempore ad suam et de suis eredibus, natos nascentem, sit potestatem eos tenendum et dominandum, et fovee et omnis sue utilitatis iusta rationem ibidem faciant, sicut meruerit, et, ubi meruerit, infra ipso arbustum arbores et vites plantare et propaginare, et ipsi arbores et vites scalciare, ille autem et suos eredes illut ibidem pastenarent et propaginarent, et ipsi arbores et vites scalciarent et adimplirent, et sic totum illut eos lavorarent et cultarent de super et de subter, sicut locus ipse meruerit, quatenus proficiant et non dispereant, ut per annum bonum pareat lavoratum et cultatum et surtum, et salbum illut faciant et abeant, et per tempore de vindemie faciant ipse lando, vel eius eredes, me iamdicto leo diacono, vel pars ipsius ecclesie, scire, ut illuc pergamus aut dirigamus ibidem missum nostrum, et ille et suos eredes totum ipso arbustum apto tempore rationaviliter illut bindemiarent, et totum ipso vinum ad palmentum per medium illut inter nos dividamus: ego predictus leo diaconus vel pars ipsius ecclesie tollamus ipso vinum medietatem, ed ipse lando vel suos eredes tollat reliqua medietate de ipso vinum, faciendum inde per partes quod voluerimus; et si noluerimus nos vel pars ipsius ecclesie reponere ipsa nostra sortionem de ipso vinum ad cellarium nostrum, quod pars ipsius ecclesie abet in ipso locum, adsingnemus ei ibidem pars ipsius ecclesie organeum vonum da vinum per illum siat bonum conciatum et studiatum, sicut meruerit, et mittat ipsa nostra sortionem de ipso vinum intus ipso organeum; et si voluerimus nos vel pars ipsius ecclesie reponere ipsa nostra medietate de ipso vinum ad domus ipsius landoni, adsingnemus nos ei organeum nostrum vonum da vinum, ipso horganeum per illum conciatum et studiatum siat, et reponant illum intus casa sua, et ibidem mittant ipso vinum intus ipso organeum, et faciant ille et suos eredes mihi vel ad pars ipsius ecclesie annualiter ipso vinum salbum, donec illut inde tulerimus, absque degeneratione et ingne; et, ubi nos vel pars ipsius ecclesie tulerimus ipso vinum de ipsa organea, a presentis ipse lando et suos eredes organea ipsa bona lavarent et procurarent, sicut meruerit, et ipso missum, quod pars ipsius ecclesie direxerit, sive ego ad ipsa vindemia et ad ipse aree pro recipiendum ipsa nostra sortionem de ipso vinum et ipso terraticum, ille et suos eredes nos notrire secundum suam possivilitatem et deant nobis palmentatica, sicut meruerit; et de quod ibidem seminaverit in ipsa tradictione amodo et semper, deant inde nobis vel ad pars ipsius ecclesie terraticum secundum consuetudinem de ipso locum; et quale tempore ipse lando et suos eredes ipsa tradictio in suprascripto hordine tenere et lavorare non voluerint, aut non potuerint, inclita ipsa tradictio lavorata et cultata bona et salba cum ipsa organea remittant ad potestate meaque leoni diacono, vel ad pars ipsius ecclesie, faciendum inde quod voluerint, et liceant ipse lando vel eius eredes inde exire cum omnis

sua causa movilia, et ire cum illut ubi boluerint. De qua per vona comvenientia per iussionem ipsius domni abbati guadia mihi ipse lando dedit, et mediatore mihi posuit vasum filium iohanni bicidominum; et per ipsa guadia obligavit se ipse lando et suos eredes. quod si taliter etc. *Sequitur consueta formula. Statuta mulcta triginta aureorum solidorum Constantini.* quod scripsi ego truppoaldus notarius.

† Ego alderissi notarius me subscripsi

† Ego romoaldus me subscripsi

† Ego smaracdus notarius me subscripsi.

CMXXXVII.

A. D. 1039.

† In nomine domini vicesimo primo anno principatus domni nostri guaimari cibitate salerni, et primo anno principatus eius capue, et primo anno ducato eius amalfi, gloriosus princeps, mense aprelis, septima indictione. Ideoque ego iohannes filius quondam petri, sicut mihi congruum est, mea bona bolumtate per anc cartulam ante presentia grimoaldi comiti et iudici benumdedit adque ad semper abendum confirmabi tibi mauri atrianense, filio quondam sergi de pantaleo, una pecia de terra mea cum insitetum et aliquantum selba, quod ego abeo in locum trasboneia finibus mitilianense, et est ipsa terra cum insitetum per ec finis et mensuria: ab occidente fine tuaque mauri, inde sunt passi quinquaginta sex: de pede de fine ipsa selba quod tibi per ista cartula benumdedit, inde de latitudo passi tridecim: ab oriente fine de eredes iohanni qui fuit bestarario, et fine iohanni filii iaquinti, sicut termiti ficti sunt, inde sunt passi sexaginta: de capite est de latitudo passi quatuordeci et gubitum unum, totum mensuratum ad iusto passum ominum. ec bero terra cum insitetum per supradicte finis et mensurie totum et inclitum illut tibi iamdicto mauri benumdedit, simulque et benumdedit tibi iamdicto mauri illut de ipsa selba da ista mensuria in supto derictum, descendente usque in flubio boneia, ad securiter et firmiter amodo et semper tu iamdictus mauro et tuos eredes inclita supradicta mea bindictione vobis abendi, dominandi, possidendi, omnia exinde faciendi que bolueritis; asque omni mea vel de meis eredibus contrarietatem vel requisitione; unde pro confirmandam et stabiliscendam supradicta mea bindictione, nunc a presentis recepi a te iamdicto mauro emtorem meum statutum pretium, i sunt auri solidi de tari boni numerum septem et tari uno ana quatuor

tari boni per solidos. de qua per bona combenientia ego supradictus iohannes guadia tibi iamdicto mauri dedit, et mediatorem tibi posuit me ipsum; et per ipsa guadia obligo me et meos eredes amodo et semper antistandum et defensandum tibi iamdicto mauri tuique eredibus inclita supradicta mea bindictione, cum omnia ad se pertinentibus et cum bice de bia sua, da omnis omines omnique partibus et da uxore mea; quando autem tu et tuis eredibus de supradicta mea bindictione per vos ipsis bolueritis esset autori et defensori, potestatem abeatis in omnibus inde causare et finem facere, qualiter bolueritis, cum omnibus rationibus quas inde abueritis ; nam, quando me et meos eredes quesieritis exinde abere autori et defensori, ego autem et meos eredes inclita supradicta mea bindictione tibi tuique eredibus defensemus, sicut superius legitur; et si taliter etc. *Statuta mulcta triginta aureorum solidorum Constantini.* et taliter scribere rogabimus te iaquintus notarius, actum salerno.

† Ego qui supra grimoalt comes et iudex.

CMXXXVIII.

A. D. 1039.

† In nomine domini, domno michaele divina gratia imperatore augusto, deo propitio, sexto anno imperii eius, mense magio, septima indictione. Ideoque ego iohannes [1]) gratia dei episcopus sancte sedis lucerie declaro, quia isdem noster episcopio habet pertinentem una ecclesia vocabulum santi iacobi apostoli et sancti barnabe apostoli in finibus de iamdicta civitate luceria, quia iam non multum longe distat a iam prephata urbe luceria vetere. Et quesibimus, forsitan invenire potuerimus, cui eadem ecclesiam per convenientiam dare potuerimus et pretium inde reciperemus, de qua vero pretium illud emere debeamus, quod nobis eidem nostri episcopii valde sit necessaria. Inito quoque consilio, invenimus te poto filium poterisi de supradicta civitate luceria, quem eadem ecclesia a nobis accipere volebas et ad partem nostri epyscopii pretium dare volebas, quod nobis optime faciendi esse comparuit. Interea, reminiscente ea que in series legis longobardorum de convenientia scriptum est, ut si longobardus cum pontificibus, abbatibus, vel custodes ecclesiarum, seu

[1]) De isto Episcopo non fit mentio in *Italia Sacra* ab Ughellio.

ex cenodochiorum prepostis de quibuscumque rebus convenientis fecerit et ydoneos homines interfuerint, non possit postea ab eorum successoribus removeri, sicut nec removeretur ab eisdem longobardis, excepto inter se obbligata compositione voluerit penam. Et, dum taliter me ipsa lex absolvit, ideo iuxta institutione eiusdem legis interesse convocavimus te domno sadelperto magnifico iudices et petrum filium sadelfridi advocatorem nostrum, seu et aliis nobiliores hominibus, ut ea que inter nos utrumque faceremus convenientiam, firmum et stabilemque debeat permanere. Quapropter ego supradictus his iohannes gratia dei episcopus, una cum consensu sacerdotum hac levitarum omnique clero nostri epyscopii, per oc scriptum convenientie ordinem dedit atque tradidit tibi supra nominatum poto ipsa iamdicta ecclesia sancti iacobi apostoli et sancti barnabe apostoli. Unde, nec a parte nostri episcopii, nec cuilibet alteris hominibus nullam exinde reservabimus portionem requirendi, sed una cum via et andita sua, cum transita et exita sua, et cum inferius et superiusque suis, et cum omnibus suis pertinentiis te supra nominatum poto per ordinem convenientie dedimus et tradidimus tibi poto, ad sempiternaliter habendum et possidendum, de qua in convenientiam recepimus a te prenominatum poto quindecim solidos constantinianos ex auro boni, finitum dicimus receptum habere pretium. Ea scilicet ratione, ut amodo et semper tam tu qui supra poto et tuis heredibus eadem nostra traditione, de sicut supra legitur, securo nomine habeatis et possideatis in omni vestra potestate et dominatione, atque transacto securiter inde faciendi, quemammodum tibi tuique heredibus placuerit, et quisbuscunque vobis dare vel tradere placuerit, sine contradictione nostra vel de posteros nostros requisitione. Ita ut ammodo et semper vos qui supra poto et tuis eredibus in eadem ecclesia liceat vos omni tempore officium facere die noctuque, et ab omni conditione nostre sedis liberam constituimus, ut nec archipresbiter, nec quislibet nostrorum clericorum aliquam potestatem aut dominationem in predicta ipsa ecclesia non habeat. Set in perpetuis temporibus tam tu qui supra poto quam et tuis heredibus securiter habeatis eam liberam in omni, et semper ibi talem presbiterum ordinetis, quem vos volueritis et heredibus tuis. Tantum hoc statuo, ut si quislibet clericus noster cum nostro archipresbitero aliquam litem fecerit, et ipsum clericum ei culpabilem fuerit, ut in ipsa iamdicta ecclesia vestra non recipiatis, verumptamen et ipsum presbiterum, quem in eadem ecclesia a vobis vel a vestris eredibus ordinatus fuerit, non ego supranominatum iohannem episcopum aud posteros meos episcopos non habeat licentiam absque certa culpa excomunicari. Quod si aliquando tempore ego qui supra iohannes episcopus, vel posteros meos, tecum prenominatum poto, aud cum tuis heredibus de eadem ecclesia, que est nostra traditione, causaverimus, aud aliquid de vestra quam ibidem dominus per suos fideles dederit, exinde subtrahere que-

sierimus potestatem, vel si hanc convenientiam irritam facere presumpserimus, et ab omnibus hominibus eadem ecclesiam non defensaverimus, ut componat vobis vestrisque heredibus centum solidos constantini ex auro boni, et ipsa iamdicta ecclesia per invitus de eam vobis vestrisque heredibus defensori siamus. Et ipsa iamdicta cartula, que est nostra traditione, omni tempore firmam et stabilem permaneat. Quam te rosemannum diaconum et notarium hanc cartulam nostre traditionis ascribere rogavimus, eo quod fuit Actum in civitate Luceria, Mense et Indictione superscripsi feliciter. Insuper et quicumque homo hoc quod superius legitur, vel ex eo removere presumpserit, aud violator extiterit, habeat maledictionem a patre et filio et spiritu, et separatus sit ab omni consortio cristianorum.

† Ego qui supra iohannes peccator episcopus sancte sedis lucerie

† Ego qui supra saldebertus Iudex

† Ego bisantio archipresbiter.

CMXXXIX.

A. D. 1039.

Aliud exemplar supradicti Diplomatis.

CMXL.

A. D. 1039.

† In nomine domini bicesimo primo anno principatus salerni domni nostri guaimarı glorioso princeps, et primo anno principatus eius capue, et primo anno ducatus eius amalfi, mense magius, septima indictione. memoratorium factum a me romoaldus filius quondam iohanni clerici de nuceria ante subscripti testes tradidit mihi domnus adelferi diaconus et archipresbiter et abbas rebus pertinente ecclesie sancti massimi, quod ipse domnus abbas retinet, et est rebus ipsa baciba in eodem loco nuceria, ubi dicitur ad campu magoni, et ex omni parte ipsa pecia de tera abet finis de ipsa ecclesia; tali ordine illut mihi tradidit, ut amodo et usque nobem anni illut eos tenere et dominare, et illut eos laborare, et per omnis annum illut seminare, sicut meruerit, et per omnis annum faciamus per tempore de aire faciamus nos scire ipse domnus abbas, vel pars de ipsa ecclesia, ut

ibi dirigat missum suum, et nos ipsi labori recolligamus et tritulemus, et demus ibi ad ipsum missum terraticum de ipsa rebus, quomodo est consuetudo de alia rebus predicte ecclesie de predicto locum nuceria tollendum terraticum, et nos ipsum missum nutriemus secundum nostra possivilitate, dum ibi steterit pro recipiendum ipso terraticum, ad ipso costitutum remittamus ipsa rebus ad ipsa ecclesia. de qua per bona combenientia guadia mihi ipse domnus abbas dedit, et una mecum adesset ioannes thio meus filius quondam romoaldi, et per ipsa guadia obligabit se et pars predicte ecclesie defensare mihi meique eredibus amodo et ipso constitutum ipsa rebus da omnis omines cum bice de bia sua, unde ipse domnus abbas de ipsa guadia quod mihi dedi, mediatorem mihi posui ferrandus clericus filius quondam aczoni; quod si taliter nobis non adimpleberit et aliquit inde contradisserit, per ipsa guadia componere obligavit se nobis ipse domnus abbas vel pars predicte ecclesie decem auri solidos costantinos. verumtamen demus illorum terraticum, quomodo modo tollet ipsa ecclesia terraticum de alia rebus sua de eodem locum, et unc brebem scripsi ego romoaldus notarius.

† Ego adelferus notarius diaconus archipresbiter et abbas

† Ego urso presbiter et cardinalis.

CMXLI.

A. D. 1039.

† In nomine domini bicesimo primo anno principatus salerni domni nostri guaimari glorioso princeps, et primo anno principatus eius capuae, et primo anno ducatus eius amalfi, mense magius, septima indictione. memoratorium factum a me domnus adelferi diaconus et archipresbiter et abbas tradidimus ad laborandum romoaldi, filio quondam iohanni clerici, de locum nuceria, rebus pertinente ecclesie sancti massimi, quod ego teneo una pecia de terra campense pertinente predicte ecclesie, quod abet in eodem loco nuceria, et est ubi dicitur ad campu-maioni, et ex omni parte est ipsa rebus ad fine rebus predicte ecclesie, tali hordine, ut amodo et usque nobem anni ipsa rebus ipse romoaldus tenere et dominare et laborare, et per omnis annum illut seminare, sicut meruerit, et per omnis annum ipsi labori illut inde recolligere, et faciant per omnis annum scire me vel pars predicte ecclesie, ut ibi dirigamus missum nostrum, et illi ipsi labori tritulent et deant inde terraticum ad ipsum missum nostrum, quomodo et modo dant terraticum de alia re-

bus predicte ecclesie de ipso locum: ad ipso costitutum remittet nobis ipsa rebus vel in pars predicte ecclesie, faciendum quod boluerimus, et ipsum missum nostrum, dum ibi steterit pro ipso terraticum, illut ei nutrire secundum suam possibilitate, et nos illut eorum defensemus usque ipso costitutum da omnis omines cum bice de bia sua. de qua per bona combenientia guadia mihi ipse romoaldus dedi et una cum ioannes thio et adbocatorem suum, et mediatorem mihi posuerunt ferrandus clericus filius quondam aczoni; et per ipsa guadia obligavit se et suos eredes, nobis vel in pars predicte ecclesie, ut si de omnia, que superius legitur, nobis non adimpleberit et aliquit inde contradisserit, per ipsa guadia ante subscripti testes componere obligavit se nobis ille et suos eredes decem auri solidos costantinos, et unc brebem scripsi ego romoaldus notarius

† Ego alderissi notarius me subscribsi

† Ego smaracdus notarius me subscribsi.

CMXLII.

A. D. 1039.

† In nomine domini vicesimo primo anno principatus salerni domni nostri guaimarii gloriosi principis, et primo anno principatus eius capue etiam et ducatui amalfi, mense iunius, septima indictione. memoratorium factu a nobis maghenolfus presbiter et cardinalis et iohannes subdiaconus, eo quod ante presentiam domni alferi venerabilis archidiaconus et archipresbiter et abbas ecclesie sancti maximi, qui est unum de dominii ipsius ecclesie, et ibidem adesset amatus iudex advocator ipsius ecclesie et aliis ydoneis hominibus, per largietatem et absolutionem ipsius domni abbati et pro parte ipsius ecclesie tradidimus falconi filio quondam iohanni ballensi, qui nuncupatus fuit sarracenus, una pecia de terra cum arbustis vitatis pertinentem ipsius ecclesie, quod abet in locum sancto cyrico, ubi proprio ad airole dicitur, quod nos pater et filius in beneficium tenemus a pars ipsius ecclesie, et olim rebus ipsa offerta fuit in ipsa ecclesia per quidam roctelmanus filius ildeprandi, et est ipsa pecia, quod ei tradidimus, infra has fines et mensuras: de una parte fine bia que discernit inter hec rebus et rebus archiepiscopii salernitani, sunt inde passi quinquaginta septem: de alia parte fine supradicte ecclesie, inde passi decem et nobem: de alia parte fine similiter ipsius ecclesie, inde passi biginti sex: de alia vero parte fine poiu, unde bia est, et coniuniente in supradicta alia bia inde passi octuaginta quad-

tuor, ad iusto passum homini mensuratum. per ista fines et mensuras inclitum illut ei tradidimus cum vice de ipse bie, tali hordine, ut amodo et semper ad sua et de sui eredes, natos nascentes, sint potestatis illut tenendum et dominandum, fobee et omnis sue hutilitatis ibi faciendum iusta ratione, et totis arbustis ipsis de ipsa traditionem annualiter apto tempore laborare de super et de supter, sicut locus ipse meruerit, et ubi meruerit, arbores et vites planctarent, et propagines, ubi meruerit, traierent et surierent, que sint ipse viti de bono vitinio, quas ibi planctaberint et unde propagines traxerint, et annualiter totum illut apto tempore seminarent, quale semente ibi meruerit, et lavori ipsi studiare et recolliierent suis temporibus, et sic totis arbustis ipsis annualiter apto tempore laborarent de super et de supter, quatenus semper in melius proficiad et non dispereàd et perfectum paread lavoratum, et unde meruerit, circoitum totum illut cludere bonum et semper clusum illut aberent; et annualiter per vindemie et per ayre scire faciant nos pater et filius, vel pars ipsius hecclesie, ut illuc dirigamus missum nostrum, vel nos ibi pergamus, et illis totis arbustis de ipsa traditione suis temporibus vindemiaret et ad palmentum procuraret; et si poma, ubi fuerit, suo tempore colliierent, et de omnis vinum et poma quam inde exierit, tollant inde nos vel missus noster medietatem, et ipse falco vel sui eredes medietatem, et ipsa medietate nostra de ipso vinum illis reponant per annum ad domum suam de ipso locum in organea nostra da vinum, que illorum ibique dederimus, que per illis sint per annum bona conciata et studiata, et faciant nobis salbum ipso vinum nostrum, donec illut inde tollamus, absque degeneratione et ignem; et cum ipso vinum inde tulerimus, statim ipsa organea labaret, ut non peread, et toti lavori exinde ad aream ibique per annum adunarent et tritularent, stante nos vel missum nostrum, seu pars ipsius ecclesie, et de omnis victum et laborem quam inde exierit, tollamus nos vel missum nostrum, seu pars ipsius ecclesie, terraticum secundum consuetudo ipsius loci, et ipso aliut sivi aberet, ita ut ipso victum purgatum sit, sicut meruerit; et dum pro ipsa vindemia per annum et pro ipse aire ibi steterimus nos, vel missum nostrum, et pars ipsius ecclesie, illis nos notriret secundum illorum possivilitatem, et palmentatica nobis daret per annum unum parium de pulli, et stetit pars ipsius ecclesie inclita ipsa tradictione semper illorum defensandum da omnis homines omnique partibus: preter, quale tempore illut tenere et laborare noluerint aut non voluerint, tunc inclita ipsa traditione cultata et studiata et operata de perfectis arbustis vitatis, sicut in ipso locum meruerit, remittant illut in pars ipsius ecclesie cum ipsa organea nostra quod abuerint, et licead illum et sui eredes inde exire cum omnia illorum causam mobilia, et pergad, ubi voluerint. unde in eo hordine per combenientiam guadia nobis dedit ipse falco et fideiussore nobis posuit se ipsum per partes.

placentem, ut si taliter omnia suprascripta per supradicto hordine ille et sui eredes, nobis vel in pars ipsius ecclesie non adimpleberint et aliquit inde contradixerint, per ipsa guadia componere obligavit se ipse falco et sui eredes, nobis vel in pars ipsius ecclesie sancti maximi, triginta auri solidos costantinos. emissum est nobis isto brebem per ipsum falco de supradicto mense iunius, septima indictione, quod scripsi ego myrandus notarius.

† Ego dauferius notarius me subscripsi

† Ego iaquintus notarius me subscripsi.

CMXLIII.

A. D. 1039.

† In nomine domini vicesimo primo anno principatus domni nostri guaimarii salernum et primo anno principatus eius capue et ducatus eius amalfi, gloriosi principis, mense iunius, sebtima indictione. ante me grimoaldus comes et iudex coniuncti sunt falco ballensi filius quondam iohanni, qui dicitur sarraceno, et iohannes ballense filius amandi, et letus filius petri, et machenolfus clericus filius risi cum domnus adelferius diaconus et archipresbiter, qui est abbatem ecclesie sancti maximi, et ostedit eorum ipse abbatem unum brebem de tempore domni paldolfi et domni paldolfi, pater et filius principibus, qualiter martinus presbiter et abbas eidem ecclesie una cum truppoaldus adbocatorem eius dederat ad pastenandum arbustis nandi filio ursi, qui maino bocavit, et petri, qui leti bocavit, filio leoni, et iohanni ballense filio ciceri de rebus pertinentem ipsius ecclesie de locum sancto quirico, ubi areola vocatur, quod in eadem ecclesia offertum fuit per rottelmannus filius ildeprandi per finis et mensurie, sicut ipso brebem continet scribtum per arechisi notarius, ut illut pastenarent, et omni tempore illut tenerent et laborarent bonum secundum testum de suprascripto brebem; et cum rebus ipsa non est laborata et inculta est et deserta, pro taliter ipsi falco, et iohannes, et leti, et machenolfus clericus, qui sunt eredes de illis, qui suprascripta rebus ad laborandum compreenserunt per ipso brebem, cum ipsum domnus abbatem et cum iohannes clericus, qui illut in beneficium tenet, exinde sunt coniuncti, et debuerunt exinde componere in ipsa ecclesia, sicut suprascripto brebem continet, pro taliter remiserunt inclita predicta rebus ad potestatem de ipsa ecclesia sancti maximi, faciendum exinde pars ipsius ecclesie sancti maximi omnia quod boluerit; et per combenientia ipsi nominati iohannes, et falco, et letus, et machenolfus clericus guadia de-

derunt ipsius iohanni clerico pro partibus eiusdem ecclesie et se ipsis mediatore ei posuerunt; et per ipsa guadia obligaberunt se et suis eredibus, ut si aliquando tempore illis vel suis eredibus cum pars ipsius ecclesie causare presumserit pro ipsa laboratione, qualiter supradictum brebem continet, et aliquit de omnia suprascripta contradixerit, componere obligavit se et suis eredibus in partibus ipsius ecclesie sancti maximi quinquaginta auri solidos constantinos, et taliter scribere fecimus te dauferius notarius.

† Ego qui supra grimoalt comes et iudex.

CMXLIV.

A. D. 1039.

† In nomine domini vicesimo primo anno principatus salerni domni nostri guaimari glorioso principe, et primo anno principatus eius capue, ac primo anno ducatus illius amalfi, mense iulius, septima indictione. Ideoque ego petrus presbiter de locum aput-monte, filius quondam falconi, sicut michi congruum est, mea volunctate per anc cartulam ante subscripti testes vendo adque ad semper abendum confirmo tibi teofreda filia quondam petri tota et inclita una pecia de terra vacua cum radis castaneis, quod abeo in iamdictum locum paternum sursum in monte, ubi ecclesia sancti apollinaris sita est, per ec finis et mensuria: a parte orientis fine de consortes meos, inde passi viginti: a parte meridie similiter fine de consortes meos, sunt inde passi sidecim: a parte occidentis et inde fine de consortes meos passi viginti unum et cubita dua: a parte septemtrionis similiter fine de consortes meos, inde sunt sedecim, totum mensuratum ad iusto passum hominis. predicta pecia de terra cum radis castaneis per iamdicte finis et mensuria totum et inclitum cum omnia infra se abentibus et suis pertinentiis et cum vice de via sua illut tibi venundedit iusta consuetudo legis nostre romanorum, securiter amodo et semper tu predicta teofreda et tuos eredes illut abendum et faciendum quod voluerint, absque omni contrarietate mea et de meis eredibus, et proinde subscepit ego a te predicta teofreda statutum pretium, i sunt auri tari boni duo in omnis deliberatione, sicut inter nobis combenit. unde guadia tibi predicta teofreda dedit et mediatorem tibi posuit iohannes caiota filius quondam ralfi, sicut diximus, iusta consuetudo legis nostre romanorum; et per ipsa guadia obligo me et meos filius et heredes amodo et semper defensemus tibi tuique eredibuss tota et inclita suprascripta mea vindictione, ut superius legitur, da omnis homines omnique partibus; et

quando tu et tuos eredes per vos ipsis inde volueritis esset defensores, potestatem abeatis cum ista cartula et cum quale alia monimen et ratione, quas inde abere potueritis, in omnibus inde causare et finem facere, qualiter volueritis. quod si taliter *etc. Statuta mulcta decem auri solidorum Constantini.* Et taliter scribere rogavimus te petrus presbiteri et notarius, actum aput-monte.

† Ego mirandus

† Ego iohannes.

CMXLV.

A. D. 1039.

† In nomine domini vicesimo primo anno principatus salerni domni nostri guaimari glorioso principe, et primo anno principatus eius capue, ac primo anno ducatus illius amalfi, mense iulius, septima indictione. declaramus nos mulier nomine vona, relicta quondam martini de locum paternum, et filia cuidam stefani, et cunso filius supradicti martini et predicte vone, qui sumus mater et filius, quoniam per nostris rationibus nobis est pertinentes abere rebus in iamdictum locum paternum a parte supradicto viro et genitor noster, et congruum est nobis predicti mater et filio exinde venumdare una pecia de terra vacua, quod abuimus sursum in monte a supradictum locum paternum, ubi ecclesia sancti apollinaris sita est, et est ipsa pecia de terra bacua per as finês et mensuria: de subter a parte orientis fine nostra et de consortes nostros, inde sunt latitudo passi viginti tres: a parte septemtrionis similiter fine nostra et de consortes nostris, inde sunt passi octuaginta unum: de super a parte occidentis fine media serra, inde sunt latitudo passi triginta: ab inde descendente a parte meridie fine domnica usque priora fine , inde sunt passi octuaginta octo, totum mensuratum ad iusto passum hominis. de hec vero iamdicta rebus per iamdicte finis et mensurie nos predicti mater et filio voluimus inde venumdare teofrede de heodem locum, filia quondam petri, quartam parte sortionis nostre secus et coniunctum cum sortione sua de ipsa rebus, quod paratum abuit da sparanum cognatum et thio nostrum, et ego nominata mulier, mecum abentes tres parentes meos, et perreximus cum illis in presentia iohanni iudici, et ipsum iudicem rogavit, quia ipsa parte mea de ipsa supradicta rebus volo venumdare ipsius teofrede, et iamdicta mulier fecit sic, et mundoald mei mihi inde consentierunt, et petro presbitero et notario cum notitiam de ipsis meis parentes

et de ipsius iudici cartula ista scribere presumpsit, et ego supradictus cunso sum infra etatem, et necessitate maiore abeo, et fame morior, et per licentia supradicti iudici ipsa parte mea de ipsa supradicta rebus vendo, ut vibere possam, ut sic ipsa fame me liberare possant; et nos pro talia supradicti mater et filius, ut diximus, venumdamus per anc cartulam ante presentia ipsius iudici aliorumque subscriptorum testium tibi supradicta teofreda, venumdedimus inde de suprascripta rebus infra predicte finis et mensurie tibi inclita quartam parte nostra, quod ibidem abuimus secus ipsa sortione tua coniuncta, cum omnia infra se abentibus omnibusque suis pertinentiis et cum vice de via sua, securiter amodo et semper tu supradicta teofreda et tuis eredibus tota et inclita supradicta nostra vindictione abendum et faciendum quod volueritis, et proinde suscepimus a te predicta teofreda statutum pretium, hi sunt auri tari dui. unde guadia tibi predicte teofreda dedimus et mediatorem tibi posuimus iohannes caiota de heodem locum filius quondam ralfi; tamen ego supradicta mulier per volunctate de ipsi mundoalt mei et per ipsa guadia obligavimus nos et nostris eredibus amodo et semper defensemus tibi tuique eredibus inclita supradicta nostra vindictione da omnes homines omnique partibus; et quando per vos ipsis volueritis exente defensores, potestatem abentibus cum ista cartula et omnes monima et rationes, quas inde abere potueritis, omni modis inde causare et finem facere, qualiter volueritis. quod si taliter etc:. *Statuta mulcta decem auri solidorum Constantini.* Et ego supradicta mulier omnia suprascripta egit per volunctate de illis in cuius mundium sum, et taliter scribere rogavimus te petrus presbiter et notarius, actum aput-monte.

† Ego mirandus

† Ego ioannes.

CMXLVI.

A. D. 1039.

† In nomine domini vicesimo primo anno principatus salerni domni nostri guaimarii gloriosi principis, et primo anno principatus eius capue, ac primo anno ducatu eius amalfi et surrenti, mense augustus, septima indictione. memoratorium factu a me petrus clericus filius quondam iohanni, eo quod ante presentia domni alferi, venerabilis diaconus et archipresbiter seu abbas ecclesia sancti maximi, situm intus anc salernitanam civitatem, qui est ipse domnus alferus unum de dominii ipsius aecclesie, et ibi adessent ydoneis hominibus, per largietatem et absolutionem ipsius domni abbati tradidi iohanni filio quondam

petri lademari de locum nuceria una pecia de terra cum arbustis vitatis pertinentem ipsius aecclesie, quod abet in vocabulum que dicitur aiella, ubi plagarie sunt, in ipso hactu nuceria. quod ego in beneficium teneo a pars ipsius ecclesie habentem as fines et mensuras, a parte septemtrionis fine bia publica que pergit ad ipse turri et ad ipsi pariti, sunt inde passi sexaginta octo: a parte occidentis fine, sicut termiti ficti sunt, habet inde passi quinquaginta tres: de super parte, quod est a meridie, fine ipsius ecclesie sancti maximi, sunt inde passi sexaginta tres: a parte orientis fine sicut poiu discernit et fine de ipsa ecclesia, sunt inde passi quinquaginta quadtuor, et exiente usque in ipsa bia publica que est priore fine; totum ad iusto passum homini mensuratum per istas fines et mensuras inclitum illut da ante os plures annos illut tenuit per alium brebem a pars ipsius ecclesie, et modo per combenientiam per isto brebem illut eidem iohanni tradidi cum vice de bia sua, una mecum esset amatus iudex advocator ipsius ecclesie, tali hordinem, ut amodo et semper ad sua et de suis heredibus, natos nascentes, sint potestatis illut tenendum et dominandum, fobee et omnis sue utilitatis ibi facerent et reditum ibi facere, et sibe illis, sibe omo quod ibi miserit, ibi residere et abitare, et salbum illut facere, et totis arbustis de ipsa traditione annualiter apto tempore laboraret de super et de supter, sicut locus ipse meruerit; et, ubi meruerit, arbores et vites planctaret, et propagines traieret et surieret, et sic illut cultaret annualiter et hoperarent, ut semper in melius proficiad et non disperead, et bonum paread laboratum et studiatum; et annualiter per vindemie scire faciant me vel pars ipsius ecclesie, ut illuc pergamus aut dirigamus missum nostrum, et illis totis arbustis de ipsa traditione suis temporibus vindemiarent et ad palmentum procuraret; et de omnis vinum quod inde exierit, tollad pars ipsius ecclesie ibique ad palmentum medietatem, et illis medietatem, et ipsa sortione ipsius ecclesie de ipso vinum, hoc est medietatem, illis reponad per annum in redito indeque in organea da vinum, que ibique illorum dederimus, que per illis sit bona conciata et studiata, et faceret ipso vinum ipsius ecclesie salbum, donec illut inde tollamus absque degeneratione et ignem; et dum pro ipsa vindemia per annum ibi steterit pars ipsius ecclesie, illis nos notrire secundum suam possivilitatem et palmentatica nobis daret, sicud consuetudo est in ipso locum; et de quod per annum ibi seminaberint, terraticum ibique ad aream per annum ad pars ipsius ecclesie, quem scire fecerint, inde darent secundum consuetudo ipsius locis, et totum ipso aliut sivi haberent; et stetis, ut, si cellarium fecerint pars ipsius ecclesie in ipso vocabulum pariti ad reponendum vinum, ipsa sortione ipsius ecclesie de ipso vinum de predicta traditione per annum ad suo expendio portare ad ipso cellarium da pariti, et reponeret illut ibique in organea indeque, ubi adiubare steterunt per annum ad conciandum et studiandum per

annum; et qualis tempore illut tenere et laborare noluerint aut non potuerint; tunc inclita ipsa traditione per iamdicte finis et mensuras cultata et studiata de bonis et perfectis arbustis vitatis remittant illut in pars ipsius ecclesie circoitum bonum clusum; et amodo et semper, dum illut tenuerint, circoitum ipsa rebus clusa bona aberet, et licead illum et sui eredes, seu hominem quod ibi miserit, inde exire postquam illut ammiserit cum omnia sua causa mobilia, et pergad ubi voluerit. Unde in eo hordine per combenientiam guadia mihi dedit ipse iohannes, et mediatorem mihi posuit se ipsum per partes placentem, ut si taliter omnia supràscripta per supradicto hordine ille et sui eredes in pars ipsius ecclesie non adimpleberint et aliquit inde contradixerint, per ipsa guadia componere obligavit se ipse iohannes et suos heredes, natos nascentes, mihi et in pars ipsius ecclesie triginta auri solidos costantinos. verumtamen hoc memoramus, quia ipsa rebus que ei tradidi, abet a pars occidentis fine sicut termiti ficti sunt, inde passi quinquaginta tres, sicut supra legitur, et apposuit ad pignerandum in pars ipsius ecclesie omnia sua causam legitimo et inlegitimo, quod scripsi ego myrandus notarius. verumtamen ipso suprascripto disturbatum dicit reditum ibi facere et illis, sive omo quod ibi miserit, ibi abitare et salbum illut faceret, quod subiunxi ego predictus myrandus notarius.

† Ego alderissi notarius me subscribsi

† Ego ursus me subscripsi.

CMXLVII.

A. D. 1039.

Quum charta huius anni, variis in locis intersecta et penitus abrasa, minime intelligi potest, Summarium praebemus:

† Vicesimo primo anno principatus Salerni Guaimarii et primo anno principatus eius « Capuae et ducatus Amalphiae.

« Ante praesentiam Ademarii iudicis quidam Sellictus declarat, terram in loco Mitiliano, « ubi Novara dicitur, cum castaneto et insiteto pertinere ad . . . . Alderissus « notarius hanc chartulam exaravit.

Una adest subscriptio testium. »

† Ego qui supra Ademarius iudex.

CMXLVIII.

A. D. 1039.

† In nomine domini vicesimo secundo anno principatus salerni domni nostri guaimari, et secundo anno principatus eius capue, hac primo anno ducatus illius amalfi et surrenti, mense september, octaba indictione. memoratorium factu a me desideus notarius filius quondam romoaldi, eo quod ante subscripti testes per combenientia had tenendum et laborandum, seu pastenandum tradidi iohanni tusciano filio dominici francum de rebus mea, quod abeo in ipso locum tusciano illa parte ipso fluvio tusciano, quod mihi pertinent a monda monacha genitrice mea, qui est rebus ipsa terra cum vinea et arbustu, et castanietu, et bacibum, et pomis; prima pecia, qui est cum vinea, per finis et mensuria: a parte septemtrionis fine bia publica, et sunt per ipsa bia publica per latitudo passi nobe et pedes duo, et quasi in medio de latitudo passi nobe et planta una, et in pede de ipsa vinea per latitudo passi nobem et pedes duo, ibidem in pede se coniungit ipsa vinea cum ipso arbustu, et ibidem ipso arbustum est per latitudo passi undeci, et in pede de ipso arbustum abet passi undeci et medium, et longitudo quantum est da ipsa bia publica et usque in pede de ipso arbustu; alia pecia de terra mea baciba, qui est in pede et coniunta de ipso arbustum, qui dicitur rotonda, per ec finis et mensuras: erga ipso arbustum passi triginta duo: ab occidente fine de consortibus meis, inde passi quadraginta sex: a pars meridie passi biginti quadtuor: ab oriente passi quinquaginta, halia pecia de terra mea qui est per ec finis et mensuria: hab oriente fine bia publica, inde passi biginti septem: a meridie fine bia comune: ab occidente fine alia bia commune, inde sunt per latitudo passi biginti septe, longitudo da ipsa bia commune et usque ipsa bia pubblica: tota omnis suprascripta mensuria had passum qui singnatum est in columna marmorea de ecclesia sancti matthei de archiepiscopio salernitano, in tali hordine, ut amodo et semper, nato nascentes, ad sua et de suos eredes esse potestatem illut tenendum, et fovee et omnis sue utilitatis iusta ratione ibidem faciant, et ibidem residere et avitare, et ipsa vinea et arbustum, qui modo ibi est factum, per annum de super et de supter suo tempore laborare et cultare et propaginare bonum, sicut meruerit, et totum ipso bacibum, qui infra tota ipsa mensuria est, amodo pastenare ibidem arbores et vites de bono vitineo et pomis, ut ad completi duodecim anni, ut amodo se compleant, tota suprascripta per supradicte finis et mensuria habeant totum illum arbustum surtum, et operatum, et cultatum, et studiatum bonum ut perfectum pareat factum totum bonum, sicut meruerit, et ubi meruerit, totum clusu et salbum

sicut de tantos annos et locus ipse meruerit, et ab inde in antea omni tempore tota ipsa rebus suo tempore de super et desupter laborare, et cultare, et studiare totum bonum, sicut meruerit, et sic per annos illum laborare, ut per omnis annum bonum laboratum et cultatum pareat, quatenus in melius proficiant et non dispereant, et totum illut circoitum illut cludere, et semper illut clusum et salbum abeant; et amodo et semper per annum de vindemie faciant illis scire me vel meos eredes, ut ego vel missum nostrum illuc dirigamus, vel nos, et illis tota ipsa vinea et arbustu, qui modo ibi est factu, et illut quod pastenaverit, per annos quando meruerit, totum illut vendemiare, et quando meruerit, poma inde colligere, et omnis vinum exinde ibique ad palmentum illis dividere per medietatem: nos tollamus illut medietatem, et illis medietatem; et ipsa nostra medietate de ipso vinum illis reponere debeant ibique in domus sua in organea nostra que ibique eorum adsignaverimus, per illis bonum conciatum et studiatum, sicut meruerit, et faciant illut salbum, dum illut inde tulerimus absque de ingne et gente, et ubi ipso vinum inde tulerimus, ipsa bucte illis a presentis sfeczare et labare bona, sicut meruerit; et quando boluerimus, ibidem pergamus pro requirendum ipsa rebus, si bona esse laborata hac non, et amodo et semper per annos suo tempore tote ipse terris de tota supradicta traditione illis conciare et studiare et seminare, qualiter meruerit, et toti ipsi labori per annos temporibus suis mundare et studiare boni, sicut meruerit, et per annos, quando meruerit, toti ipsi labori recolligere et adunare ibique ad area, et faciant illis me scire per annos, ut ego vel meos eredes, vel missu nostrum illuc pergamus aut dirigamus, et illis toti ipsi labori ibique ad area tritulare et reprecurare, et totum ipso victum mundare et conciare et studiare bonum, sicut meruerit, et totum illut ibique ad ipsa area dividere in tres sortis: nos tollamus exinde inclita una tertiam parte, et illis due sortis; castanee vero et ficum, que per annos ibi sunt, illis colligere et seccare bone, sicut meruerit, et salbe tote ille dividere per medietate: nos tollamus ille medietate et illis medietate, nos vel missum nostrum, dum pro ipse vindemie et pro ipse aire ibidem steterimus pro recipiendum tota ipsa sortione nostra de tota ipsa frudia, illis nos notrire secundum suam possivilitate, et palmentateca per annos nobis dare, sicut consuetudo de ipso locum. preter, quale tempore da ipsi duodecim anni in antea ille et suos eredes rebus ipsa tenere et laborare noluerit, aut non potuerit in predicta ratione, inclita supradicta rebus per supradicte finis et mensuria bona laborata, et cultata, et surta, et salba, et clusa, cum redita et ipso organeum da vinum, quod ego ei adsignaverit, remittere ad nostra potestate, faciendum que boluerimus, et illis licead inde exire cum omnia causam sua, et ire ubi boluerit. unde pro taliter per bona combenientia guadia mihi ipse iohannes dedi et mediatore mihi posuit seipso; et per ipsa guadia obli-

gavit se et suos eredes, ut si taliter omnia suprascripta in supradicta ratione nobis non adimpleverit et aliquit inde contradixerit, per ipsa guadia componere obligavit se et suos eredes mihi meique eredibus biginti auri solidi costantini et omnia suprascripta per supradicto ordine nobis complirent, et apposuit et obligavit se nobis appignerandum omnis pignera et causam sua legitimo et inlegitimo, et hunc brebem scripsi ego ademari notarius.

† Ego grimoaldus

† Ego romualt notarius me subscripsi.

CMXLIX.

A. D. 1039.

† In nomine domini bicesimo primo [1]) anno principatus domni nostri guaimari, filii domni guaimari principis, et secundo anno principatus domni iohannis eius filio, gloriosi principibus, mense octuber, decima [2]) indictione. Ideoque ego maranci presbiter filius quondam petri clarefacio me abere rebus in locum montorum, ubi misciano dicitur rotense finibus, que mihi predicto maranci presbiteri est pertinentes per cartula comparationis a pars biczzo presbiter et da maio et iohannes, germani filii quondam iohanni presbiteri, sicut mee scriptionibus sunt continentes, que est per ec finis et mensurie: da pede fine publica, sunt inde passi biginti quinque: de alia pars fine de ipsi predicti germani filii iohanni presbiteri, sunt inde passi sexaginta quinque: a super capite fine bia, sunt inde passi biginti sex: de alia parte fine astolfi, sunt inde passi septuaginta septem, totum ad iusto passum ominis mensuratum. ec bero rebus per iamdicte finis et mensurie totum et inclitum illut bicariationis ordine tradidimus tivi leoni filio quondam iaquinti; et ideo, sicut mihi congruum est, mea bona bolumtatem ante presentia landoni comitis et alii testes per anc cartula bicariationis ordine tradidimus tibi predicto leoni tota et inclita ipsa predicta pecia de terra de iamdictum locum misciano per iamdicte finis et mensurie, totum et inclitum cum proprie finis et cum bice de biis suis, et omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis, illut tibi predicto leoni bicariationis ordine tradidimus, ad

---

[1]) Lege: secundo.

[2]) Lege: octava.

securiter et firmiter ammodo et semper tu et tuis eredibus illut abendum, dominandum, possidendum, omnia inde vel exsinde faciendum quod volueritis, apsque omni contrarietatem meam et de meis eredibus, aut cuique ominibus; et pro confirmandam et stabilissendam anc mea bicariationem recepimus a te predicto leo alia pecia de terra cum arbusto bitatum et aliis arboribus fructiferis in iamdicto locum missiano, ubi ad ipse spelonke dicitur, que est per ec finis et mensurie: da partibus occidentis fine rebus sancti maxsimi, sunt inde passi centum biginti quinque: da partibus meridie fine bia pulbica, sunt inde passi triginta quadtuor: da partibus orientis fine tuaque maranci presbiteri, quod ab ante os anno ipse genitor meus tibi venumdatam abuit, sicut tue scriptionibus sunt continentes, quod aput te exsinde firmate retenuit, sunt inde passi centum: da partibus septemtrionalis fine de eredes azoni qui fuit castaldus, sicut termiti ficti sunt, inde sunt passi biginti sex, totum ad iusto passum ominis mensuratum. ec bero rebus per iamdicte finis et mensurie totum et inclitum illut ab ante os annos tibi predicto maranci presbiteri at laborandum et pastenandum in partionis ordine traditum abuit, et tu predictus maranci presbiter illut pastenatum abuit et dibidutum illut abuisti cum ipsum genitor meus, sicut ipsi brebri de ipsa pastenationem et de ipsa dibisionem sunt continentes, quod per parte exsinde retinemus; ec vero rebus per iamdicte finis et mensurie in illo ordine, sicut diximus, totum et inclitum cum proprie finis et cum bice de biis suis illut tibi predicto maranci presbiteri bicariationis ordine tradidimus, ad securiter et firmiter ammodo et semper et semper nos et bestris eredibus illut abendum, dominandum, possidendum, omnia inde vel exsinde faciendum quod volueritis, apsque omni contrarietate tuaque leoni et de tuis eredibus aut cuique ominibus, et nihil tibi predicto leoni exsinde restitit infra iamdicte finis et mensurie restituit, aut dicimus remanere sortionem, de quantum quantoque tibi est, seum fuerit, infra iamdicte finis et mensurie pertinentes, sicut dixsimus, totum illut michi bicariationis ordine tradidisti; nam aliut infra iamdicte finis et mensurie mihi est pertinentes, sicut dissimus, et a foras ipse finis et mensurie, ubi dixsimus, exset fine meaque maranci presbiteri, similiter mihi est pertinentes a pars ipsius genitori tuo per cartulam comparationis, quod aput me firmatam retenuit. de qua per bona combenientia guadia tivi predicto leoni dedimus, et mediatorem tivi posuit meipsum; et per eadem guadia opbligo me et meis eredibus antistandum et defensandum tibi tuique eredibus tota et inclita suprascripta mea bicarationem da pars uxore mea et da omnes omines omnique partibus; si autem, sicut dictum est, nos et nostris eredibus semper taliter illut vel exsinde tivi tuique eredibus non defensaberimus, vel si nos nostrisque eredibus quommodocumque per qualecumque rationem illut vel exsinde tibi tuique eredibus tollere, aut contrare que-

sierimus, et quodcumque causationes vobis inde preposuerimus, ante omnia questio et causatio nostra tacita et bacua sit, per combenientiam opbligo me et meis eredibus componere tibi tuique eredibus, vel cui cartula ista in manum paruerit, triginta auri solidos costantinos; et omnia suprascripta per inbitis vobis adimpleamus per supradicta guadia et opbligata pena. Ideo, et quale tempore vos ipsis volueritis inde exset autores aut defensores, potestatem abeatis vos et bestris eredibus, cum ista cartula et cum quale alia monimen et rationem, que inde abere potueritis, in omnibus inde causare et contendere, et fine facere, sicut bultis, et per bos ipsis illut defensare; nam, quando nos vel nostris eredibus inde quesieritis abere autori vel defensore, nos autem vel nostris eredibus illut vobis vestrisque eredibus antistemus et defensemus, et omnia vobis adimpleamus, sicut superius legitur. Et taliter scribere rogabimus te iohannes clericus et notarius, actum montorum.

† Ego qui supra lando comes

† Ego amatu.

CML.

A. D. 1039.

† In nomine domini nostri Hiesu Christi Sexto anno imperii domni michayli, Mense octubrio, Septima [1]) indictione. Ego nicholaus, favente christi clementia archiepiscopus, Tertio anno presulatus mei sanctae sedis canusinae aecclesiae, Clarefacio, quoniam habeo laboratam unam ecclesiam vicinius hac civitate bari in loco turre, qui vocatur demusarra propinquo ipso laco, quae est vocabulum ecclesiae sancti nikolay confessoris. Quam fabricavi eam, quando adhuc in laica persona eram, et modo eam adliberavi, ut in sempiternum liberam esse sine contrarietate mea, et de omnibus meis posterioribus, nec non et de pars nostris parentibus et de omni humana persona, quia in tali denique ordine tunc illam prephatam ecclesiam libertavi, ut semper esset in potestate petro monacho venerabili abbati, quem costitui ego ipsum, ut preesset ibi, et ille et omnes qui ibidem sierent, orationes pro nobis fundant ad dominum pro nostris delictis. Et pro inde michi congruum

---

[1]) Lege: *octava*.

est, bona etenim mea voluntate tibi prenominato petro monaco et abbati in ipsa iamdictam ecclesiam abbatem te ordinare per ferulam, seu per hoc videlicet scriptum libellarii nomine, do atque trado tibi praephato petro monacho atque abbate ipsa supradicta ecclesia mea, cuius iam vocabulum nominavi sancti nikolay confessoris, quam, ut declaravi, in loco qui nominatur turre demusarra foras nostra civitate vari cum cunctis suis pertinentiis. In ea videlicet ratione, ut amodo et in antea usque dum vixeris, potestatem habeas tu praephato petro monacho atque abbati tenere dominare predictam ecclesiam cum omni sua pertinentia quod modo habet, et quod in antea ibidem deus dederit per qualecumque rationem, et monasterium inde facere, et monachos ibi habere. Et quicquid ibi offerri videbitur ad edificium esse ipsius ecclesiae, vel ad vestram proprietatem habere, absque contrarietate mea meorumque successorum vel parentum meorum. Et non habeam ego, nec mei posteri successores vel meis parentibus, amodo et in antea tibi praedicto petro monacho et tui posteriores ipsam ecclesiam contrare, aut de vestra potestate tollere, nec presbiteros vel monachos excutere, aut excomunicare, nisi probata culpa si fuerit, qualem sancti canones continent. Et non abeamus potestatem ordinandi nos alium abbatem supra te, usque dum vivus fueris in hoc mundo. Sed in extrema vitae tuae habeas potestatem ordinare abbatem in ecclesia ipsa, qualem volueris, et tibi placuerit, et tua voluntas fuerit, et eam illam tradere cum omnia, et in omnibus que tandem visa est habere undecumque, vel quomodocumque, sine contrarietate nostra et de omnibus hominibus. Et ordinatione tua firmam et stabilem maneat semper, et sic ordinatio ipsa fiat usque in finem mundi, ut de abbate in abbate maneat. Tamen nec tu, nec posteris tuis de rebus ipsius ecclesiae non habeatis potestatem aliquid exinde subtrahere vel alienare per nullum ordinem. Sed teneatis eam in vestra potestate et utilitate vestra et de ipsa ecclesia. Insuper et defensemus ipsam praephatam ecclesiam vobis ab omnibus hominibus. Post excessum vero tuum per omnia, ut declaravimus, continuo redeat ipsa ecclesia cum omnibus suis pertinentiis, et cum quantum ibi preparaveris, in potestate abbatis, qui post te ad regendum ecclesiam fuerit et tu illum ordinaverit. Quam et de presente ego nikolaus archiepiscopus concedo in ipsa ecclesia sancti nikolay duo vineae, quod michi pertinunt ab ipso genitore meo et sunt ipse vineae in ipso cluso de sancto angelo de loco cillaro, qui sunt coniuncte uno teniente. Finem. . . . . ad ipse due vineae; de prima parte ab oriente est ipso plaio de lama nostra quod habemus communiter cum nostri parentes. Secunda fine a meridie est vinea nikolai barbanei mei. Tertia fine a pars occidentis est vinea iohannis criti similiter barbaneo meo et coniunget in media vinea ipsius prenominati nikola barbanoque meo. De quarta vero parte a septemtrione terra silbosa, quod communi-

ter inter nos habemus. In ea videlicet ratione concedo ipse duo vineae in ipsa ecclesia sancti nikolay, ut ab hodierno die et im perpetuum fiant ipse predicte vineae in ipsa ecclesia. Et annualiter et usque in sempiternum tu predicto petro abbate, Et tuis posterioribus de ecclesia ipsa potestatem habeatis vindemiare in ipso nostro palmento qui est in capite de iamdicte vinee ipse, quem modo in ea dedi, et habeas tu prenominato petro monacho atque abbati ille tenere et dominare cum alie terrae de ipsa ecclesia, sine contrarietate mea et de mei heredes tu. et posteris tui usque in finem mundi. Nam et talem obligationem tibi praephato petro monacho et abbati et ad posteros tuos facio, ut si ego aut successores, vel parentibus meis, vel qualiscumque humana persona, ut in sempiternum predictam ecclesiam cum suis omnibus quae videtur in ea esse, tollere atque contrare aliquid de ipsa . . . . . sub potestate vestra subtrahere voluerimus ipsam prenominatam ecclesiam, obligo me, et meos posteriores, et omnes qui querere debunt de iamdicta ecclesia aliquid quod concessum et ordinatum . . . . . supra legitur, Componere tibi tuisque abbatibus que post te ordinaverint, centum solidos michalati, et taciti maneamus usque in perpetuum hoc quod constituimus. Hunc autem concessionis seu traditionis libellum firmum stavilemque permanere valentes, scribi iussimus per manum landemari subdiaconi nostrique archiepiscopatus scriniarii nostrae sanctae barinae ecclesiae, Signum plumbei nostri sigilli conscriptionem, quam et propriis meis manibus hic me subscribsi. Mense et indictione supranominata.

† Nykolaus qui supra gratia domini archiepiscopus sancte sedis canusine ecclesie. †

CMLI.

A. D. 1039.

† In nomine domini Vicesimo secundo anno principatus Salerni domni nostri Guaimarii, Et secundo anno principatus eius Capue, Et primo anno ducatus eius Amalfi et sirento glorioso princeps, mense december, octaba indictione. Nos petrus clericus, filius quondam petri clerici et abbati, et grifa filia quondam guaiferi, qui sumus vir et uxor et vibimus ad legem romanam, Clarificamus Ante presentia Iohanni iudici, quoniam nobis est pertinentes Una pecia de terra cum abellanietum in locum nuceria, ubi ad munticellu dicitur, a suptus ecclesia sancti quirici, que est per hec fines et mensuriis: A parte meridie fine via publica, inde passi quadraginta septem: A parte occidentis sunt passi centum sexaginta:

A parte septemtrionis fine nostra, inde passi triginta unum: A parte orientis similiter sunt passi centum sexaginta usque in ipsa Via priore fine, totum mensuratum ad iusto passu hominis. Michi predicto petri clerico est inde pertinens tres partes, Et mihi predicte grife est inde pertinens quartam partem per datum istius viri mei, Et Volumus illut Vendere ad petrus presbiter et monachus qui et prepositus; Et ideo nos predicti vir et uxor per hanc cartulam Ante presentia prefati iudici et testes secundum legem et consuetudo gentis romanorum Venumdedimus tibi predicto petro presbitero et monacho, qui et preposito, tota ipsa suprascripta pecia de terra cum abellanietum per supradictas fines et mensuras, cum omnia intro se habentes omnibusque suis pertinentiis et cum vice de ipsa Via. Ego predictus petrus clericus inde tibi Vendidi ipse tres partes, Et ego predicta grifa inde tibi vendidi ipsa mea quartam partem, et tu illut A nos emisti pro parte monasterii sancti petri, quem petrus iudex A nobo construxit fundamine intus hanc salernitanam civitatem, Quam et pro parte monasterii Vocabulum sanctam trinitatem, qui constructum est in actum mitilianense, Ita tamen, ut siat divisum ipsa suprascripta rebus iusta rationem, in octo partes per ipsi centum sexaginta passi. Et primis inde compreendat et habeat partem predicti monasterii sancti petri tres partes, quale voluerit, cum vice de via sua inde compreendat et habeat ipse tres partes adunate, Et ipse relique quinque partes inde compreendat et abeat similiter adunate partem predictum monasterium sanctam trinitatem cum vice de via sua, Securiter amodo et semper pars predicta monasteria illorumque rectores illut, ut supradiximus, habendum et omnia inde faciendum quod voluerint, sine omni nostra vel de nostris eredibus, seu cuicumque homini, contrarietate vel requisitione, Et pro ipsa nostra Venditione suscepimus A te finitum pretium solidos quadraginta Ana quattuor auri tari boni per solidum. Ego petrus clericus inde A te suscepi solidos triginta, Et ego predicta grifa inde A te suscepi solidos decem, Et ipso pretium tu nobis dedisti per absolutionem domni adelferii Venerabili abbati, sicut inter nos combenientia fuit. Unde per combenientiam nos predicti vir et uxor, sicut est consuetudo, guadia tibi predicto petri presbiteri et monachi, qui et prepositi, dedimus, et fideiussore tibi posuimus marinus filius quondam boni qui dicebatur de viba, Et per ipsa guadia A nos recepisti pro parte de ipsa monasteria sanctus petrus et sanctam trinitatem; Et per eandem guadia obbligavimus nos et nostris eredibus amodo et semper defensemus ad parte predicta monasteria tota et integra ipsa suprascripta nostra Venditione, qualiter supra legitur, ab omnibus hominibus. Et quando partem predicta monasteria per se voluerint inde essent defensores, potestatem habeant cum omnibus muniminibus et rationibus, quas inde habuerint, omnibus modis inde causare et finem facere, qualiter voluerint. Et si taliter

omnia, sicut supra legitur, nos et nostris eredibus ad partem predictorum monasteriorum illorumque rectores non adimpleberimus et illut vel exinde quesierimus remobere, per combenientiam per ipsa guadia componere obligavimus nos supradicti petrus clericus et grifa, vir et uxor, et nostris eredibus ad partem predicta monasteria illorumque rectoribus trecentos auri solidos constantinos. Et pro quam ipsa rebus abeo ego predictus petrus clericus datam Iohanni filio quondam miri ad tenendum et laborandum, natos nascentes, illut cultandum et operandum et surgendum, sicut meruerit, et cludendum, ubi meruerit, et clusum illut habere, et sue utilitatis iusta rationem ibi facere, et alipergum sibe casa ibi facere, et homines ibi ad residendum et laborandum mittere, et sicut illut laboraret, ut proficeret et non disperiret, et daret nobis ipse abellane secke per annum ibi medietatem, et quercie seu alium frugium indeque similiter medietatem nobis daret et terraticum secundum consuetudinem de ipso locum, et missum nostrum notrire, donec steterit ibi pro ipsa frugia recipiendo, sic permaneant inde pars ipsorum monasteriorum cum ipsum iohannes et cum illius eredes, sicut nos cum illis inde debuimus permanere. Et nos et nostris eredibus ipsum iohannes et illius eredes inde faciamus adimplere, ut supradictum est, et omnia ut nobis inde obligati sunt ad pars ipsorum monasteriorum; et si pars ipsorum monasteriorum cum ipsum iohannes, vel cum illius eredes, quodcumque finitionem cum ipsum iohannes et cum illius eredes inde facere potuerint, nullam contrarietatem inde eis siamus. Hec omnia suprascripta nos et nostris eredibus ad partem predicta monasteria adimpleamus per iamdicta guadia et obligata poena. De quibus tres cartule de uno tenore inde scribere fecimus: ista quod ad nostram retinemus potestatem, et aliam talem inde emisimus ad partem predicti monasterii sancti petri abendam, et aliam talem inde emisimus ad partem predicti monasterii sancte trinitatis. Quam scribere rogabimus te romoaldus notarius. Actum salerno.

† Ego qui supra iohannes Iudex.

CMLII.

A. D. 1039.

Aliud exemplum chartae praecedentis *emissum ad partem monasterii SS. Trinitatis.*

CMLIII.

A. D. 1039.

† In nomine domini Vicesimo secundo anno principatus salerni domni nostri guaimarii glorioso princeps, et secundo anno principatus eius capuae, quam et primo anno ducatus eius amalfi et sirrenti, mense december, indictione octaba. Ego cosma monachus et prepositus ante domnus theodorus venerabilis episcopus et custodis ecclesie sancte sufie et sancti angeli, que constructe sunt intus hanc salernitanam civitatem, et ibique adessent subscripti idonei homines, per convenientia quam et per iussionem ipsius domni episcopi una cum iohannes clericus advocator eiusdem ecclesie ad laborandum tradidimus petri filio quondam petri et petri filio quondam musandi inclite terre pertinentes ipsarum ecclesie a foras hanc civitatem ulter fiubio lirno ad sanctum martinum, que coniuncte sunt ipse terris ad ipso flubio et vadunt usque in monte qui dicitur betranu; ideo inclite ipse terre, quante ibidem sunt pertinentes ad easdem ecclesias, ipsius petri et petri tradidimus, ut da finitum mense octuber, qui hoc annum prius est venientem, ipsis prenominatis petri et eorum eredibus illut teneant ad laborandum usque duobus anni completi, et fobee et omnes sue utilitatis ibi faciant iusta ratione, et homines ibidem midtant ad laborandum, et annualiter ipse terre laborant bone et seminent apto tempore, quale semente boluerint, et omnem prodem vel laborem, que inde tollere seu abere potuerint, totum illut sivi abeant, faciendum inde quod boluerint. Tantum pro censum de ipse terre dederimus modo ipsius domni episcopi octo tari boni pro hutilitatem de ipse ecclesie et iste kalendas de ipsum mense hoctuber debunt dare in pars ipsarum ecclesie duodecim tarenos bonos, ut sine iuncta vadant, quod faciant in simul cum ipsi octo tari tares viginti, et at completum unum annum da ipsum mense hoctuber in alie kalendas octuber debunt dare in ipse ecclesie alios viginti tarenos aureos bonos pro ipsum alium annum: a completi ipsi duobus anni liceat illis et eorum heredibus et homines, qui ividem miserint ad laborandum, inde exire cum omnia sua causa mobilia et cum labore qui ibi abuerint, et ire ubi boluerint, et inclite ipse terre relaxent ad potestatem de ipse ecclesie, faciendum quod boluerint exinde. Unde in eo tinore per convenientia guadia nobis dederunt ipsis prenominati petrus et petrus, et fideiussori nobis posuerunt seipsis; et per ipsa guadia obligaverunt se ipsis et eorum eredibus, ut si omnia suprascripta non adimpleberint in pars de ipse ecclesie et aliquit inde contradixerint, Tunc per ipsa guadia obligaverunt se ipsis petrus et petrus, et eorum ere-

dibus in pars de ipse aecclesie viginti solidi aurei constantini, et ad pignerandum obligaverunt de causa eorum in pars ipsarum aecclesiarum omnia causa eorum legitima et inlegitima, quod scripsi ego qui supra Iohannes clericus et advocator, qui et scriba prefate aecclesie.

† Ego iaquintus notarius me subscripsi

† Ego romoaldus notarius me subscripsi.

CMLIV.

A. D. 1040.

† In nomine domini viCesimo secundo anno prinCipatus domni guaimari gloriosus princeps, mense ianuario, septima [1]) indictione. Memoratorium factum a me gentile filio iohanni clerici clarefacio me, qualiter iam ante os annos in bicariationis ordine traditum abuimus una terra casalina cum una cisterna at adelferi germanus meus, ubi modo casa conflictam abet et intus est residentes trasactibo nomine, ad faciendum exinde omnia que ei placuerit bolumtate, et posteaquam illum ei in bicariationis tradidimus, a nobo fundamine ipse predictus adelferi germanus meus ipsa cisterna intus in ipsa casa sua cum suo expendium illam conciabi, et at culmen illam perdussit, et de aqua illam implebit, et omnem utilitatem ibidem factu abet. Modo bero ego qui supra nominatus gentile coniuntus sum per bonam combenientia cum supradictus adelferi germanus meus intus cibitate diannese ante subscripti testes et per ipsam bonam combenientia, que inter nos stetit, accommunabimus inter nos ipsa predicta cisterna cum supradictus adelferi germanus meus, quod abuit intus in ipsa iamdicta casa sua in eo ordine, ut communiter illam abeamus et dibidamus omni tempore ipsa aqua de ipsa cisterna per medium. Iterum et ego supradictus gentile bona mea bolumtate et per bonam combenientia, que inter nos stetit, per unum baculum da manu mea pro ipsa iamdicta accommunatione de supradicta cisterna, quod nobis in communiter remisit ipse predictus adelferi germano meus, proinde tradidimus at supradictus adelferi germano meus et remisimus ei in communiter mecum abendum una alia cisterna mea, quod abeo intus in ipsa casa mea que a nobo fundamine illam constructam abui-

[1]) Lege: *octava*.

mus et cum omnem vestrum expendium illam conciemus ipsa iamdicta cisterna, sicuti meruerit, ut bene intra se aquam recipiat, absque damnietatem de ipsa aquam et clabem recipiat absque damnietatem de ipsa aquam, et clabem ibidem et masclo [1]) ponamus, et communiter ambe ipse cisterne abeamus omnibus temporibus; et quando nobis necesse est at auriendum aquam de ipsa cisterna predicti adelferi, potestatem abeamus ibidem pergere et faciamus ipse predictus adelferi et suis heredibus, quia bolumus aurire aqua de ipsa cisterna, et ipsis supradicti nullam contrarietatem nobis faciat, neque at nostris heredibus iterum, et ipse predictus adelferi et suis eredibus taliter, sicut iam dudum dissimus, noscire [2]) similiter faciat, quando at auriendum benerit de ipsa cisterna nostra aqua, et nos ei nulla contrarietate faciamus, ut nulla damnietatem inter nos abeamus, ut potestatem abeamus inter nos in iamdicte cisterne introiendum et exiendum nos et nostris eredibus at auriendum aqua. Unde pro nostra securitate ipse supradictus adelferi una cum iohanne filio suo guadia michi, cui supranominati gentile, dederunt et mediatorem michi posuerunt guido filium sicelfrit, ut si omnia, que superius legitur, nobis per ordine adimplere noluerit, aut si aliquit contrarietatem nobis ibidem fuerit, sic obligaberunt se ipsi supradicti adelferi et iohanne filio suo, et suis filiis vel heredibus, ad componendum nobis nominati gentile et at nostris heredibus biginti solidi aurei constantini, et per inbitis nobis adimpleat omnia que superius legitur. quod in eo ordine ego nardus clericus et notarius hunc brebem scripsi et interfui.

† Ego sassus presbiter.

CMLV.

A. D. 1040.

† In nomine domini vicesimo secundo anno principatus salerni domni nostri Guaimarii gloriosi principis, et secundo anno principatus eius capue, ac primo anno ducatus eius amalfi et sirrenti, mense ianuarius, octaba indictione. Memoratorium factu a me iohannes comes filius quondam mansoni castaldei, Eo quod ante ydoneis hominibus per combenien-

---

[1]) *clabem ibidem et masclo*, idest clavem et quamdam serae speciem. *Masclus* quidem vulgari italico sermone MASCHIO vel MASCHIETTO vocatur species serae, quo ianuae aut alia clauduntur.

[2]) *noscire*, scilicet *nos scire*.

tiam tradidi stefani, filio quondam maraldi sabbatini, de locum angre pertinentia nucerie, vice sua et vice iohanni germani sui, de rebus mea cum arbustis de locum ad forma dicitur mitilianense finibus, quod mihi pertinet a parte mulieri nomine senda uxor mea ac filia quondam truppoaldi: prima pecia per as fines et mensuras. A parte occidentis fine bia publica, sunt inde passi septuaginta quadtuor. A parte meridie fine mea, abet inde passos centum octo, et abinde rebolvente in parte septemtrionis per fine mea inde passi septuaginta quinque, et abinde rebolbente in pars meridie usque in medio torum abet inde passos centum quadtuor. A parte orientis similiter fine mea, inde passi septuaginta octo. A parte septemtrionis fine limite et fine ora de ballone, sunt inde passi septuaginta septem. A parte occidentis similiter fine mea, indeque passi centum duo, et abinde rebolbente in parte occidentis usque in ipsa bia publica que est priore fine, inde sunt passi centum triginta duo recti mensurati: pecia ista per iamdictas fines et mensuras inclita ipsius stefani tradidi. Simulque et tradidi ipsius stefani inclita tertiam partem de una alia pecia de terra mea cum arbustis ibique coniunctum ad supradicta alia pecia habentem as fines et mensuras. A parte occidentis fine bia qui modo se non andad, sunt per ipsa bia passi septuaginta nobem. A parte septemtrionis fine mea, sunt inde passi centum nonaginta quadtuor, et abinde rebolbente quasi in parte meridie passi septem, et abinde rebolbente in parte orientis per limite et aliquantum per ora de ballone passi septuaginta sex. A parte orientis similiter fine mea, quod prius tenuit ad laborandum iohannes filius guisoni, sunt inde passi quadraginta quadtuor. A parte meridie similiter fine mea, abet inde passos centum nonaginta: tota supradictas mensuras ad iusto passum homini mensuratum. De ista posteriore pecia, quod iam ante os annos tenuit ad laborandum quondam maurus filius martini, inclita tertiam partem, ut diximus, inde ei tradidit cum vice de via sua, Tali hordinem, ut amodo et semper ad sua et de suis eredes, natos nascentes, sint potestatis illut tenendum et dominandum, fobee et omnis sue utilitatis ibi faciendum iusta rationem, et ibi cotidie residere et abitare, curam et vigilationem inde abeant et salva illut faciat iusta rationem. Et totis arbustis de ipsa traditionem annualiter apto tempore laborare de super et de supter, sicut locus ipse meruerit, et, ubi meruerit, infra ipsis traditionibus arbores et vites plantarent, et propagines, ubi meru erit, traiere, suriere et sic tota ipsa traditionis de rebus cum arbustis laborarent annualiter apto tempore de super et de supter, sicut locus ipse meruerit, ut semper in melius proficiat et non disperead, et perfecta paread ipsa arbusta de ipsa traditione operata et cultata, et annualiter per vindemie scire faciant me vel mei eredes, ut illuc pergamus aut dirigamus missum nostrum, et illis totis arbustis de ipsi traditionibns vindemiarent, et vinum ipsum ibique

ad palmentum procuraret, et poma exinde suo tempore colliierent, et de omnis vinum et poma, quam inde exierit, dare nobis vel ad missum nostrum ibique medietatem, et sivi haberet medietatem; et ipsa medietatem nostra de ipso vinum illis reponad ibique ad cellarium nostrum, que ibi abeamus, in organea nostra da vinum que illorum ibique assignaberimus, que per illis sint per annum bona conciata et studiata, et faciad nobis salbum ipso vinum nostrum, donec illut inde tollamus, absque degenerationem et ignem; et de quod ibidem seminaberit per annum, totum illut sibi haberet, tantum terraticum inde nobis darent ibique secundum consuetudo ipsius locis; et, dum pro ipsa vindemia et pro ipsa alia frudia tollendum per annum ibi steterimus nos vel missum nostrum, illis nos notrirent secundum suam possivilitatem et palmentatica nobis darent, sicut consuetudo est. Et si de ipso locum exierit pro aliubi ad avitandum pro ira seniori, aut pro generatione, aut si talem fecerint culpam, unde in publicum vel ad alio homine cadad, tunc inclita ipsa tradictione rebertat ad potestate mea vel de meis heredibus. Et si forsitans infra tribus anni in ipso locum redierint et voluerint illut recolliiere in supradicto hordine ad laborandum, potestatem abeant illut recolliiere et in supradicto hordine illut laborarent. Tantum illo anno quod ibi redierit, si rebus ipsa laborata inbenerit, non querant illo anno de ipso frudio. Et quale tempore illut tenere et laborare noluerint, aut non potuerint, inclita supradicta traditione operata et cultata de bonis arbustis vitatis et studiatis perfectis, et circoitum unde meruerit, clusis remittant ad potestatem mea vel de meis eredibus et sic licead illum et sui eredes inde exire cum omnia sua causa mobilia, et pergant ubi voluerint. Unde in eo hordine per combenientiam guadia mihi dedit ipse stefanus vice sua et vice de ipsum iohannes germano suo, et mediatorem mihi posuit seipsum per apposita omnis sua causam legitimo et inlegitimo, ut si taliter omnia suprascripta per supradicto hordine ille et ipse germano suo et illorum eredes mihi meique heredibus non adimpleberint et aliquit inde contradixerint, per ipsa guadia componere obligavit se ipse stefanus et sui eredes mihi nominati iohanni comiti et ad meis heredibus biginti auri solidi costantini et omnia suprascripta per supradictum hordinem nobis adimplerent. Quod scripsi ego myrandus notarius.

† Ego petrus notarius me subscripsi

† Ego madelmo notarius me subscripsi.

CMLVI.

A. D. 1040.

† In nomine domini vicesimo secundo anno principatus salerno domni nostri Guaimari, et secundo principatus eius capue, et secundo [1]) anno ducatus eius amalfi seu surrenti, mense ianuarius, hoctaba indictione. Declaro ego Iohannes abbas monasterio sancti archangeli, qui situm est in monte coraci de cilento, heo quod per combenientia unam cum alefanto abbocatore predicto monasterio ante ydoneis subscripti hominibus tradidit una pecia de terra de rebus predicto monasterio a super ipsa via iuxta aqua de sisinbrio ad leo filius quondam bisinianisi, ubi ipse est residentem, et pastinationis hordine, nato nasciente, ut licead ipsum leo suisque heredibus, nato nasciente, si boluerit super ipsum rebus residere, dominare fovere binea, poma salices pastenare, et omnis sue utilitatis hibidem facere, et quicquid vinum vel fruge amodo usque in septem anni inde exierit, totum illud ipse leo et suis eredibus habead et licead eos, nato nasciente, in rebus predicto monasterio introire iuxta ratione, arbores inde incidere pro pedamento et clusuria. post completi ipsi septem annos ipse leo suisque eredibus per tempore, ubi ipsum vinum vel quolivet fruge de rebus ipsa exierit, conbocet pars predicto monasterio eiusque rectoribus et dividant vinum et fruge in tres sortes: una sortes tollat pars predicto monasterio, ipso iamdicto leo et suisque heredibus habeant inde ipse due sortes, ad faciendum inde omnia quod eorum placuerit, absque omni contrarietate mea meique posterioribus; et amodo et semper ego supradictus abbas meique successoribus et pars predicto monasterio defensemus ad ipsum leo et ad eius heredibus omnia, quod in ipsa rebus hedificatum fuerit, da omnibus hominibus ab omnique partibus, cum omnis in se habente et vice de viis; nam, quando inde exire boluerint, licentiam habeant inde exire et excotere omnia sua mobilia et pergere hubi ipsi boluerit, absque omni mea, vel de meis posterioribus, vel de pars predicto monasterio contrarietate; nam si usque annos tres in ipsa rebus rebersi sunt, tunc ad eorum redeant potestatis, qualis in die illa illud imbenierit, in supradicta ratione illud habendum. quod si taliter omnia suprascripta per supradicto hordine ipse leo suisque heredibus michi iamdictus iohannes abbas meisque posterioribus et ad pars predicto monasterio non

---

[1]) Lege: *primo*.

adimpleverit, et remobere aliquid vel contrare boluerit, per qualiscumque ingenium vel ratione, tunc per ipsa combenientia obligavit se ipsum leo et suisque heredibus ad componendum michi et ad meis posterioribus, et ad pars predicto monasterio viginti solidi aurei constantini. Unde pro cuncta, que supra legitur, adimplendum, ipsius nominatus leo guadia michi iamdictus iohannes abbas dedit, et mediatorem michi posuit comita filium quoddam callini, et hunc brebem scripsit ego talarico presbiter et notarius qui interfui, hactum cilento.

† ego bernaldus presbiter

† singnum manu dissiiu presbiter.

CMLVII.

A. D. 1040.

† In nomine domini vicesimo secundo anno principatus salerno domni nostri Guaimarii, et secundo anno principatus Capuae, et secundo [1]) anno ducatus eius amalfi seu surrenti, mense Ianuarius, hoctaba indictione. Declaro ego Iohannes abbas monasterio sancti michaheli archangeli, qui situm est in mons coraci de cilento, heo quod ante ydoneis subscripti hominibus per combenientia una cum alefanto abbocatore predicto monasterio tradidit una pecia de terra rebus predicto monasterio ad comita, et urso germani et filii quoddam callini, et iohannes filius quoddam andree, qui sunt thiam et nepote, ubi ipsi residente sunt subtus ipsa et super ipsa via iuxta aqua, que dicitur sisinbrio, pastinationis hordine, ut liceret ad ipsi suisque heredibus, nato nasciente, si boluerint super ipsam rebus residere, fovere, lavorare, vinea, poma, salices plantare et omnis sue utilitatis hibidem facere, et amodo usque in septem anni quicquid vinum vel fruge inde exierit, totum illud ipsi suisque heredibus habeant. post completi ipsi septem anni, tunc ipsi nominati thiam et nepus, et eorum heredibus faciant scire pars predicto monasterio et eiusque rectoribus, et quicquid vinum, seu fruge inde exierit factum paratum ad palmentum, dividantur in tres sortes: pars predicto monasterio habead inde ipsa una sortes; ipsi nominati germani et nepus eorum et suorum heredibus tollad et havead ipse due sortes, et licentiam habeant

---

[1]) Lege: *primo*.

de rebus predicto monasterio arbores incidere pro pedamento et cludendum, nato nasciente, absque omni mea, vel de meis posterioribus et pars predicti monasterii contrarietate, et quicquid hedificium in rebus predicto monasterio per ipsi factum fuerit, ego et meis successoribus et pars iamdicto monasterio defensemus illud eorum da homnis homine ab omnique partibus, in supradicta ratione illud habendum; et si inde exierint, licead eos inde excotere omnia suarum movilia et pergere, ubi eorum placuerit, absque omni contrarietate de pars ipso monasterio, rebus ipsa cum omni hedificio redead in potestate de predicto monasterio; et si usque in tres annos hibidem rebersi sunt, tunc iterum ipsa rebus, quod per ipsi edificatum est, ad ipsi suorumque heredibus redead potestatis, in supradicta ratione illud habendum, nato nasciente. quod si taliter omnia suprascripta per supradicto hordine ipsi nominati comita, et urso, et iohannes, et eorum heredibus michi iamdictus iohannes abbas et ad meis posterioribus non adimpleverint, et removere vel contrare aliquid inde voluerint per qualiscumque ingenium vel rationem, tunc obligaberunt se ipsi iamdicti comita, et urso, et iohannes, et suis heredibus ad componendum michi nominatus iohannes abbas et ad meis successoribus et ad pars predicto monasterio viginti solidi aureis costantini. Unde pro cuncta que supra prelegitur, adimplendum, ipsi iamdicti comita, urso et iohannes guadia michi predictus iohannes abbas dederunt et mediatorem mihi posuerunt iohannes filius quoddam guisi, et hunc brebem scripsit ego talarico presbiter et notarius qui interfuit, hactum cilento.

† ego bernaldus presbiter

† singnum manu disiju presbiter [1]).

CMLVIII.

A. D. 1040.

† In nomine domini vicesimo secundo anno principatus salerni domni nostri Guaimarii gloriosi principis, et secundo anno principatus eius capuae, ac primo anno ducatus eius amalfi et syrrenti, mense martius, hoctaba indictione. Declaro ego iohannes presbiter et abbas ecclesie vocabulum sancti mathei et sancti thome apostoli, situm intus anc salerni-

[1]) Vide fac-simile in fine Vol.

tanam civitatem a suptus et propinquo harchiepiscopio, et pertinet ipsa ecclesia ademari comiti et iudici filio quondam petri comitis et de nepotibus ipsius ademari, nomina illorum albertus et guaimari comitibus, germani filii quondam alfani, quoniam iam preteritis diebus per firma cartula quidam stefanus presbiter et cardinale ipsius ecclesie ac filius quondam hursi, natibus de actu nuceria pertinentia salernitana, una cum marenda uxore eius offeruerunt in ipsa ecclesia tres pecie de terris cum arbustis et pomis, quod abuerunt in ipsum actu noceria, ubi ad paum dicitur, quod per tres cartule ipse ursus genitor ipsius stefani presbiteri paratum abuit per finis et mensurie, que ipse cartule continunt, que ipse tres cartule cum alie due cartule inde continentes in ipsa ecclesia offeruerunt. una de ipse cartule continente: de secundo anno principatus domni mansoni et domni iohanni eius filii, de mense magius, undecima indictione: garofalus filius leoni et cennamus filius guisoni thio et nepotes, habitatori de locum paum, donaberad ipsius ursi nepoti illorum ac filius ursi, et fuit genitor ipsius stefani presbiteri, tota et inclita una pecia de terra illorum cum aliquanti arbori vitatis, quod abuerad in ips› locum, ubi abitantes erant, habentes fines et mensuras. A pars occidentis fine bia carrara, inde passi biginti. A pars semptemtrionis fine de eredes pandoni, inde passi decem. A pars orientis fine de heredes predicti pandoni, inde passi biginti. A pars meridie fine de heredes angeli de eodem loco, inde passi quindecim, et exiente usque ipsa bia priore fine ad iusto passum homini mensuratum; tota ipsa pecia cum bice de bia sua in ipsa ecclesia offeruerunt. secunda cartula continentem, qualiter risu filius maraldi de locum paum venumdederant ipsi ursi genitore predicti stefani presbiteri una pecia de terra illius cum arbustis vitatis et aliis fructiferis, quod abuerad in ipso locum paum per finis et mensurie. A pars semptemtrionalis fine bia publica, inde latitudo passi decem. A pars orientis fine de eredes iohanni filii angeli, inde latitudo passi biginti sex minus cubitum unum. A pars meridie fine de eredes guisoni filium ipsius angeli, inde latitudo passi octo summisse unum. A pars occidentis fine guandi, sicut inde terminatum est, et coniuniente ad ipsa bia priore fine, inde longitudo passi biginti octo. Et in medium locum per trabersum latitudo passi nobem ad iusto passum omini mensuratum. Et ipsa tertia cartula continentem, qualiter guandi filius sellicti, qui fuerad adfiliatum iohanni patrinio suo filio angeli de locum paum, clarefecerad, quod per ipsa affiliatione ei esset pertinentes abere una pecia de terra cum arboribus, ubi mulier nomine bisantia uxor sua profitebad abere quartam portionem per suum morgincanhp, et donaberunt illut ipsius ursi genitor ipsius stefani presbiteri per finis et mensurie. A pars septemtrionalis fine bia publica, inde passi decem et cubitum unum. A pars orientis fine ipsius ursi, quod paratum dixerand habere per firma cartula da risu filio maraldi. A parte meridie

fine de consortibus suis, inde passi hocto et medium. A pars occidentis fine similiter de consortibus illorum et coniuniente se ad ipsa bia et erad ipsa terra in omni loco de longitudo passi biginti octo ad iusto passum homini mensuratum. ipse predicte pecie, sicut diximus, per iamdictas mensurias ipsi nominati vir et uxor in ipsa ecclesia cum ipse predicte cartule, sicut offertiones ipsius ecclesie continet, offeruerunt, et pro quibus ille cum iohanne filio suo officiad in ipsa ecclesia, congruum mihi est per unc livellum eos tradere illorum in beneficium una cum alium beneficium, quod de ante os ipse stefanus presbiter tenuit in locum monte-corbinum, ubi ad baccarecze dicitur, unde libellarium non habuit, et est nominatibe ipso beneficium de monte-corbinum; prima curte cum vinea et arbustis, quod pastenabit quidam strati. et tenunt illam ad laborandum eredes ipsius strati; et alia curte cum vinea et arboribus, quod tenuerunt ad laborandum filii iohanni guiniczi; tote et inclite ipse curti per finis et mensuriis illis, que continunt brebi laborationis, quod aput se ipse stefanus presbiter inde abet, et tote et inclite terre bacibe que sunt a foras ipse curti, que sunt per hec finis: da pars orientis fine ballone qui discernit inter istut et rebus de archiepiscopio salernitano, et sicut descendit ipso ballone et coniungit se in ribus qui dicitur tranusu, saliente usque in capite de ballone manufactu, et per ipso ballone quod est carbonario manufactum, pergentem in capite de una insclitella perientem in capite de una isclitella ipsius ecclesie, quod ego predictus habbas mee potestatis retineo, et abinde rebolbentem et coniuniente in cantone de predicta curte, quod tenuerunt ad laborandum ipsi filii iohanni guineczi, et bia inde descendit. Hec supradicta rebus de ipsum locum monte-corbinum, ubi backarecze dicitur, cum vineis, et arboribus, et terris bacibis, et cum una ecclesia sancti blasii que intus est constructa in uno torellum, ubi silbitella est, et cum olibetum qui infra ipsa traditione est, et cum omnia infra se habentibus omnibusque suis pertinentiis ipse stefanus presbiter in beneficium de ante os tenuit, que, ut diximus, mihi predicto abbati congruum est per unc libellum ad ipsi pater et filius tradere et confirmare in subscripta ratione et, ut pleniter illut perficere possamus, cepi inde abere colloquium cum ipsi predicti comitibus, cui pertinet ipsa ecclesia et cum clerum ipsius ecclesie; inito consilio, comparuit omnibus nobis, ut si ipse stefanus presbiter cum ipso iohanne filio suo diebus vite illorum in ipsa ecclesia officiaberit, sicut alii sacerdotes et clerici ipsius ecclesie, et pro quibus ipse stefanus cum ipsa uxore sua ipse tres pecie de terra cum arbustis in ipsa ecclesia causa mercedis offeruerunt, bonum esset illorum tradere et confirmare ipse tres pecie de actu nuceria et tota predicta rebus de monte-corbinum, tenendum illut in beneficium diebus vite illorum; et dum utrumque conplacuit, tunc ego predictus iohannes presbiter et abbas per conbenientiam hordine conbenientie per largietatem et absolutionem

de ipsis comitibus, qui sunt dominii ipsius ecclesie, per unc libellum scriptum tradidi bobis nominati stefani presbiteri et iohanni, qui ad ordinem clericatu pervenire queris, et sitis pater et filius, in beneficium ante ipsum ademarium iudex et aliis ydoneis hominibus, qui inter nos essendum conbocabimus, tote et inclite ipse tres pecie de terris cum arbustis de locum pau actu nucerie per iamdictas fines et mensuras, et totum et inclitum ipsum beneficium de monte-corbinum, qualiter superius clarificatum est, et qualiter tu predictus stefanus illut de monte corbinum usque modo tenuisti et dominasti in beneficium, taliter inclitum illut vobis pater et filius tradidimus, cum omnia infra se habentibus omnibusque suis pertinentiis et cum vice de biis suis, securiter et firmiter diebus bite nostre illut tenendum in beneficium, et illut frudietis et de ipso frudiu faciatis omnia quod volueritis; et licentiam abeatis ipsa vel ex ipsa beneficia dare ad laborandum et ordinandum, sicut unus et alter bonus clericus facit de suum beneficium quod tenet, et que censum et dationem inde tollere potueritis, vestre sit potestatis faciendum quod volueritis, et qualis ex vobis defunctus fuerit, succedad ei ille, qui supravixerit, in totum ipso beneficium tenendum et frudiandum illis diebus vite sue et de totum ipso frudium faciendum quod voluerint, si illis officiaberint in ipsa ecclesia. unde per combenientiam ego predictus iohannes abbas per largietate et absolutione de ipsi dominii ipsius ecclesie guadia vobis nominati stefani presbiteri et iohanni pater et filius dedimus, et fideiussore vobis posuimus iohannes clericus filius quondam arnolfi; et per ipsa guadia obbligo me et meis successoribus et pars ipsius ecclesie omnibus diebus vite vestre defensare vobis nominati pater et filius tota inclita supradicta traditionem, qualiter superius vobis tradidimus in beneficium, ab omnibus hominibus omnique partibus; et si taliter diebus vite vestre illut vobis non defensaberimus, et aliquit inde remobere aut contrare quesierimus, componere obligo me ego meique successores et pars ipsius ecclesie, vobis nominati pater et filius centum auri solidos costantinos. Sic tamen, ut vos nominati pater et filius diebus vite vostre in ipsa ecclesia officietis, sicut vobis deus melius largierit; et si vos ipsa ecclesia relinquitis et ad aliam ecclesiam trasactibe ad officiandum perrexeritis, tunc inclita ipsa traditionem rebertad ad potestatem ipsius nostre ecclesie, et nos predicti ademari iudex, et albertus, et guaimari comitibus per combenientiam obligamus nos et nostros eredes, ut si taliter omnia suprascripta per supradicto hordine vobis nominati pater et filius non adimpleberimus, et aliquit inde remobere aut contrare quesierimus, vel si quascumque causationes inde vobis emiserimus, per combenientiam componere obligabimus nos et nostros eredes vobis iamdicti pater et filius alii centum auri solidi costantini. Tantum sceptuamus de ipsum beneficium de monte-corbinum, quod vobis non dedimus, medietatem de ipsa vinea de pede de

ipso toru et alia vinea que est in pede de ipso olibetum, quod tenuit prius in beneficium bisantius clericus da me predictus abbas et modo illut retinet iohannes presbiter amalfitanus. De quibus due cartule unius tenoris inde scribere fecimus, ut in aliis modis transmutate non sint; ista quod vobis pater et filius emisimus, et alia talem aput se inde retinet pars ipsius ecclesie, et taliter scribere rogavimus te myrandus notarius acto salerno.

† Ego qui supra ademari iudex

† Ego qui supra adelbertus

† Ego ademari notarius me subscripsi

† Ego qui supra iohannes presbiter et abbate

† Ego simeone presbiter et primicerius.

CMLIX.

A. D. 1040.

† In nomine domini vicesimo secundo anno principatus salerni domni nostri guaimari gloriosi principis, et secundo anno principatus eius capuae, et secundo anno ducatus illius amalfi, et primo anno ducatus eius surrenti, mense abbrelis, octava indictione. Ego leo amalfitano de iohannes de comite maurone clarefacio, quoniam per meis rationibus pertinentem est mihi abere rebus in locum fonti, ubi ad forcatella dicitur, que est rebus ipsa per finis et mensurie; da pars orientis fine ripa propinquo ipsa ripa mensuratum per latitudo passi triginta sex: de alia parte per latitudo passi triginta octo: da ambobus latere abet per longitudo ana passi quadraginta octo mensuratum ad iusto passum. Hec vero res per iamdictas fines et mensuras totum et integrum cum omnia intro se abentibus et suis pertinentiis; et cum vice de via sua congruum est mihi pro pars et vice mulieri nomine voccia, que est uxor mea, illos donare sergio filio quondam (*deest nomen*); et ideo, sicut superius legitur, ego predictus leo pro vice ipsius uxori mee per anc cartulam ante subscripti testes dono adque trado tibi predicto sergi tota et inclita ipsa res per iamdictas fines, et mensuras, qualiter superius legitur; clarificavit mihi esset pertinentes cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis cum vice de ipsa via, et nullam mihi ibidem remansit, set funditus illos tibi predicto sergi pro parte de ipsa uxore mea tradidit adque donavi, securiter ipsa uxor mea et eius eredes, et cui per eis datum paruerit, illut abendum, possidendum, dominandum, omnia inde faciendum que voluerit. Unde pro confirman-

dum et staviliscendum anc nostram traditionem et donationem pro vice de ipsa uxore mea a te predicto sergio iusta seriem legis launegilt a te exinde recepi cammiso unum in omnem deliverationem. De qua per vona convenientia predictus leo pro vice de ipsa uxore mea guadia tibi predicto sergi dedi et mediatorem tibi posuit seipsum; et per ipsa guadia obligo me qui supra leo et meos eredes amodo et semper antistandum et defensandum ipsius uxori mee et ad eius eredes, et cui per eis datum paruerit, inclita supradicta mea traditione ab omnibus ominibus omnique partibus. Et si taliter eos, ut dictum est, illos defensare non potuerimus, tunc, sicut in lex continet, ita ego et meos eredes adimpleamus et persolvamus ipsius uxori mee et ad eius eredes, et cui per eis datum paruerit, iustitiam; et quando per se voluerit de supradicta nostra traditione et donatione fieri autores, potestatem abeant vice nostra in omnibus inde causare et finem facere, qualiter voluerit, cum omnibus rationibus que inde abuerit Quod si taliter omnia suprascripta per supradicto ordine non adimpleverimus et aliquit de ea, que superius legitur, removere aut contrare quesierimus, aut si quodcumque causationes exinde preposuerimus, per vona convenientia per ipsa guadia componere obligo me qui supra leo et meos eredes ipsius uxori mee, vel ad eius eredes, et cui per eis datum paruerit, triginta auri solidos costantinos et suprascripta firma permanead; et dum ego predictus leo vixsero, suprascripta rebus tenere ego illut una ipsa uxore mea et illut frudiare una cum illa, et at die obitum et illos vel eius eredes dare pro mea anima duodecim auri tari voni, astante omo ille cui ego illum in manum commiserit; et si ipsa uxor mea vel eius eredes eadem res aliquando tempore daturam aut vindituram abuerit, non abead potestatem cuicumque illos dare, nisi ad eredes meos illut deant ad iusto valiente pretium, qui iuste fuerit adpretiatum, faciendum illis exinde exire eos per tertio costitutum usque dies triginta tres; nam si ante ipsa costituta cuicumque illis eadem res dederit sine solutione de meos eredes, absque pretium revertar ad eorum potestate, faciendum que voluerit, post ipsa costituta licead illis eadem res dare cui boluerit. Verumtamen predicta rebus est terra cum vinea, et cammara, et vallenum, et palmentum fraviti, et intus ipsa rebus est fontana, et ipsi toti suprascripti vibunt ad legem romanorum, et taliter scrivere rogabimus te romoaldus notarius, actum salerno.

† Ego romoaldus me subscripsi

† Ego alderissi notarius me subscripsi.

CMLX.

A. D. 1040.

† In nomine domini vicesimo Secundo anno Salerni principatus domni nostri waimari Et Secundo anno principatus eius capue, Et secundo anno duCatus eius sirrenti gloriosi principis, mense magius, octaba indictione. Memoratorium factum a me domnus alferus archipresbiter et diaconus et abbas hecclesie sancti maximi, Eo quod ante subscripti idoneis hominibus per comvenientiam tradidi ad tenendum et lavorandum orsandi filius quondam grimoaldi et petri nepotem ipsius orsandi, qui fuit filius quondam iohanni presbiteri, una clusuria de terra cum binea et arbustum uno tenientem, quod pars ipsius ecclesie abet in locum arcelle salernitane finibus, qui est per as fines. De una parte fine media aqua de flubio arcelle: alia bero parte fine iamdicte hecclesie: de alia vero parte fine bia pulbica: De alia parte fine media aqua de flubio forino; hec vero res per iamdicte finis inclitum illut ipsorum thio et nepotes tradidi cum omnibus intro se abentibus et cum vice de via sua, in tali ordine, ud amodo et semper, natos naxscentem, illorum et de illorum heredibus esset potestatem illut tenendum et laborandum, fobee et omnes illorum utilitati iuxta ratione ibi faciendum, et faciant ibi reditum, et ibidem residere et avitare ipsum petrus et eius eredes, et eredes ipsius orsandi, et totum ipso arbustum et tota ipsa bia, que est in ipsa tradictione, operare, et pastenare perfecta binea et perfectum arbustum de bono bitineo, ut amodo et usque duodecim anni completi in tota suprascripta tradictione perfecta vinea et perfectum arbustum surtum et operatum ibidem abeant, et iam abinde in antea illis et suis eredibus illut tenere et laborare et cultare, ud omni tempore totum et inclitum bonum paread laboratum, et salbum, et clusum, et amodo et semper vinum exierit de ipsa binea et de ipso arbustum, per annum per vindemie tempum illis vel suis eredibus faciant inde scire nos vel pars iamdicte hecclesie, ud dirigamus ibidem missum nostrum, et illis vel suis haredibus tota ipsa vinea et ipso arbustum rationaviliter bindemiare, et omnis binum quem inde exierit, per medietatem ibi ad palmentum cum ipso missum nostrum dividant; et si boluerimus nos per pars iamdicte hecclesie ponere ipso binum ibidem, pars iamdicte ecclesie deant illorum organeo da binum bonum, ubi reponat ipsam sortionem de ipso vinum, et per illis et per illorum eredibus per annum ipso organeo siant bonum conciatum et studiatum, et faciant illis ipso binum salbum, donec pars iamdicte ecclesie illut exinde tollere fecerit, absque degeneratione et ingne; ipso missum nostrum,

quem per annum ibi steterit pro recipiendum ipsa nostram sortionem de ipso binum, illis autem eum notrire secundum illorum poxivilitatem et per annum palmentaticum in pars iamdicte ecclesie dare, sicut consuetudo est, poma que in ipsa rebus sunt, per annum illis eam colligere et inclita medietate ibi ad ipso missum nostrum dare, et de quod per annum illis vel suis eredibus in tota ipsa rebus seminaberit, per annum terraticum in pars iamdicte ecclesie dare de quinque modia unum et de sex modia unum, et quale tempore illis vel suis eredibus da ipsi duodecim anni in antea suprascripta rebus laborare noluerit vel non potuerit, tuc illis vel suis eredibus tota suprascripta rebus perfectum arbustum et perfecta binea totum cultatum bonum, et operatum, et salbum, et circoitum bonum clusum remictent ad potestatem nostram vel in pars iamdicte ecclesiae, et sic licead illis vel suis heredibus inde exire cum omnia illorum causa mobilia. unde in eo ordine per bona combenientia guadia ipsi iamdicti thio et nepotes mihi dederunt et mediatores mihi posuerunt se ipsis; et per eadem guadia obligaberunt se et suis eredibus, quod si aliquit de omnia suprascripta mihi vel iamdicte hecclesie in pars non adimpleberit, per ipsa guadia obligaberunt se ipsi thio et nepotes et illorum eredibus ad componendum mihi vel in pars iamdicte ecclesie biginti auri solidi costantini. verumtamen de quod amodo et semper ille et eius eredes in tota suprascripta rebus seminaberit per tempum, terraticum ad ipso missum nostrum dare secundum consuetudinem de ipso locum, et ipse orsandus et petrus amodo apposuerunt et obligaberunt se et suis eredibus nobis et ad pars iamdicte ecclesie ad pingnerandum omnes pingnera et causam illorum legitimo et inlegitimo per suprascripta guadia et obligata pena, quod scribsi ego alderissi notarius.

† Ego romoaldus notarius me subscripsi

† Ego smaracdus notarius me subscripsi.

CMLXI.

A. D. 1040.

† In nomine domini bicesimo secundo anno principatus domni nostri guaimari salerni, et secundo anno principatus eius capue et ducatus eius amalfi et sirrentum[1]) gloriosi prin-

---

[1]) Potius: primo anno ducatus Sirrenti.

cipis, mense magius, octaba indictione. Memoratorium factum a nos maraldus et alcoini, qui est filius quondam falconi, eo quod ante subscripti testes per bona combenientia tradidit nobis at tenendum et laborandum iohannes filius quondam iohanni, qui fuit portarum, una pecia de terra cum aliquanti castaneis, quod abunt in locum solofre, ubi proprio nomen constantini dicitur, rotense finibus, que est per ec finis: ab occidente fine de eredes olperti: a meridie fine flubio: ab orientis fine, sicut limite discernunt: da partibus septemtrionalis fine sicut medio ballonem discernit. de ec bero rebus per iamdicte finis tradidit nobis exinde inclita medietate da partibus septemtrionalis erga ipso ballone, cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis, et cum bice de bia sua illam vobis tradidit bice sua et bice genitricis sue et bice avii et socere sue, tali ordine, ut liceat nos et nostris eredibus amodo et omni tempore inclita ipsa medietate de ipsa rebus, qualiter disimus, nostre potestatis teneamus et loboremus, et fobeas et omnis nostre utilitatis ibidem faciamus, et ubi oporte fuerit, castaneum nos illum ibidem ponamus et cultemus, sicut meruerit, et annualiter castanee inde colligamus et biride inter nos dibidamus: nos et nostris eredibus medietatem, et ipsius iohanni et at suis eredibus demus alia medietatem; et de que annualiter ibidem seminaberimus, demus ei exinde terraticum secundum consuetudine de ipso locum; et si terra aridam ibidem abuerit et per tertiam bicem plantimen ibidem posuerimus, et plantimen ipsa ibidem non preserit, solutis inde maneamus a calumniis; et quale tempore rebus ipsa tenere et laborare noluerimus, liceat nos exinde exire cum omnis vestro iusto conquisitum, et inclita rebus ipsa rebertas at potestate ipsius predicti iohanni et de suis eredibus. unde pro taliter per bona combenientia guadia nobis ipse iohannes bice sua, et pro bice de ipsa nore et socera sua dedit et mediatorem nobis posuit sikenolfus filius quondam radoaldi; et per eadem guadia obligabit se et suos eredes antistare et defensare nobis nostrisque eredibus ipsa predicta sua tradictione da pars ipsius noris sue et socera sua, et da omnes omines omnique partibus; quod si taliter omnia suprascripta nobis non adimpleberit et alia inde nobis contradisserit, vel si illut nobis tollere aut contrare presubserit, tunc quodcumque causationes nobis inde preposuerit, tunc per ipsa guadia obligabit se et suos eredes componere nobis nostrisque eredibus, vel cui brebem istum in manum paruerit, biginti auri solidi constantini et omnia suprascripta per inbitis nobis adimplere, et unc brebem scripsi ego iso notarius qui interfuit.

† Ego godeni

† Ego disiio.

CMLXII.

A. D. 1040.

† In nomine domini vicesimo secundo anno principatus domni nostri guaimari eius salerni, et secundo anno eius capue, glorioso principe, quam et secundo anno ducatus eius amalfi et sorrento, mense iulius, octaba indictione. Ideoque ego putans filius quondam iohanni clerici de locum nucerie, de sicut michi congruum est, vona etenim mea voluntate per anch cartulam ante idoneis ominibus testes benumdedit, adque ad semper abendum confirmo tivi machenolfi filio quondam machenolfi de eodem locum nucerie inclita quartam parte de una pecia de terra cum abellanietum, quod ego abeo in iamdictum locum nucerie a super sanctum priscu, ubi ad pucianu et catalubulu dicitur, et est terra ipsa per as fines et mensuras: de pede a pars occidentis fine tua predicti machenolfi, inde sunt passi tridecim: a pars meridie et inde fine tua, sunt inde passi decem et septem: a pars orientis fine sancte marie, inde abet passi quadtuordecim: a pars septemtrionis fine de eredes mari iamfreda et inde passi quadtuordecim, totum ad iusto passum homini est mensuratum. hec vero rebus per iamdicte finis et mensurie cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis, et cum vice de via sua infra predicte finis et mensurie inclita quartam parte, in pars occidentis coniunta ad fine tua, tibi iamdicto machenolfi benumdedit, ad securiter et firmiter amodo et semper omni tempore antistandum et possidendum, dominandum tu tuique heredibus illut eos abendum, et faciendum omnia quod volueritis, sine omni mea et de meis heredibus aut cuiquam hominibus contrarietatem vel requisitionem. Unde pro confirmandam et staviliscenda supradicta mea venditione, a presentis recepi a te qui supra machenolfus emtorem meum statutum pretium, i sunt auri tari boni duo in omne deliberatione, sicut inter nobis combenit: finitoque vero pretium ipsum aput nos eam ratione, de qua ego iamdictus petrus vona mea voluntate guadia tivi predictus machenolfus dedit, et mediatore tibi posuit iohannes pipula filius quondam sergi; et per ipsa guadia obligo me et meis heredibus amodo et semper antistandum et defensandum tivi tuique heredibus tota et inclita suprascripta mea vinditione da omnes homines, omnique partibus; et si taliter omnia suprascripta illut tivi tuique heredibus non defensaberimus, aut si ego vel meis heredibus illut vel exinde vobis vestrisque heredibus tollere aut contrare quesierimus per quabis rationibus; ideo per supradicta guadia obligo me et meis heredibus ad componendum tivi tuique heredibus decem auri solidos constantinos et que-

stio et causatio nostra et de nostris heredibus sit exinde tacita et bacua, et taliter scribere rogavimus te iohannes notarius, actum nucerie.

† ego romoaldus

† Ego iohannes.

CMLXIII.

A. D. 1040.

† In nomine domini vicesimo tertio anno principatus salerni domni nostri Guaimari glorioso princeps, et tertio anno principatus eius capue, quam et secundo anno ducatus eius amalfi et sirrenti, hoctabo die stante mense hoctuber, nona indictione. Ego cosmas abbas monasterii sancti angeli et sancte sofie siti intus hanc salernitanam civitatem ante domnus theodorus episcopus et prior ipsius monasterii, et ante eum adessent subscriptos idoneos homines, per convenientia quam et per iussionem ipsius domni episcopi una cum iohannes clericus advocator eiusdem monasterii, ad laborandum tradidimus petri filio quondam silbi, et nicola genero eius filio andree, et petri filio ferrandi una petia de terra pertinentem suprascripto monasterio sancte sofie illa parte flubio lirino ad pedem de monte betranu, que da occidente coniunta est ad rebus de archiepiscopio salernitano. ideo, de quantum ipsius monasterii ibidem est pertinentem et qualiter ipsi prenominati illut modo laborant, totum illut eorum tradidimus, tali tinore, ut amodo et usque tribus anni completi illut debeant tenere et laborare, et fobee et omnis sue utilitatis ibi facere et abere iusta ratione ipsi prenominati et eorum heredibus, et hominibus qui ibi miserint ad laborandum, et omnem laborem et fruges, que inde tollere et abere potuerint, totum illut sibi abeant, faciendum inde quod boluerint, quia modo dederunt pro censum de ipsa terra viginti quadtuor tarenos bonos pro istum annum, et da tempore quod est unum annum espletum, deant pro ipsum alium annum alii viginti quadtuor tarenos bonos, ut sine iunta badant, et a completum ipsum alium annum, similiter deant in pars ipsius monasterii alii viginti quadtuor tarenos bonos. Tantum, si alter homo surrexerit, qui plus boluerit dare de ipsa terra et boluerit illut dare, ipsi prenominati et eorum heredes teneant ipsa terra usque ipsum constitutum, sicut diximus; et si tantum inde dare noluerint quantum alter omo dare boluerint, relaxent ipsa terra in parte suprascripti monasterii, et illis liceant

inde exire cum omnia causa sua mobilia, et ire ubi boluerint. Unde in eo tinore per convenientia guadia nobis dederunt toti ipsi prenominati petri, et nicola, et petri, et fideiussorem nobis posuerunt seipsis prenominati; et per ipsa guadia obligaverunt seipsis et eorum heredibus, ut si omnia suprascripta non adimpleberint in parte exdicti monasterii et aliquit inde contradixerint, tunc per ipsa guadia componere obligaverunt seipsis prenominati petri, et nicola, et petri, et eorum heredibus triginta solidi aurei costantini, quod scripsi ego qui supra iohannes clericus et advocator qui et scriba prefati monasterii.

† Ego romoaldus me subscripsi

† Ego alderissi notarius me subscribsi.

CMLXIV.

A. D. 1040.

† In nomine domini bicesimo tertio anno principatus salerni domni nostri guaimari glorioso princes, et tertio anno principatus eius capue, et secundo anno ducatus illius amalfi et surrentu, mense nobember, nona indictione. Memoratorium factum a me truppoaldus scriba palatii et dei gratia abbas de ecclesie sancte marie, que constructa est intus ec cibes, et est pertinente de supradictus domnus princes, et de germani sui, et de eredes quondam iohanni comiti thio illorum, tradidit ante subscripti testes ad tenendum et laborandum nicola filius quondam pauli de rebus predicte ecclesie, quod abet a foras anc cibes in locum bespanico illa parte flubio becentino, et est ipsa rebus terris cum bineis et bacibum cum aliquanti arboribus, et insitetum, et cannietum, et salicetum; in primis mensurabimus de ipsa rebus da arcaturia de molinu pertinente de ipsa ecclesia in parte occidentis: a parte meridie fine rebus predicte ecclesie, sunt passi centum decem: a parte orientis erga ipsa arcaturia, qualiter vadit et coniungit in ipso flubio, sunt passi septuaginta: de alia parte fine ipso flubio, qualiter badit et coniungit cum ipsa priore fine. Seu et mensurabit illum qui est ad ipsa arcaturia in parte orientis, ubi modo ipse nicola residentem est, et cellarium ibi abet ipsa ecclesia, et est rebus ipsa cum aliquanti arboribus et est per finis et mensurie: a parte meridie incipiente da termine qui fictum est erga bia que badit ad ipso molinum, et pergente in parte orientis erga sepe que est de ista rebus, sunt passi quadraginta octo et medium, et abinde rebolbente in parte meridie iusta sepe de ipsa rebus sunt passi triginta septem, abinde pergente in pars orientis iusta

sepe que est de ipsa rebus, passi viginti sex, abinde rebolbente in pars septemtrionis passi viginti quadtuor, et rebolbente in pars occidentis passi quadtuordecim, et rebolbente in pars septemtrionis iusta ipsum insitetum passi quadraginta unum, et abinde rectum pergente in pars orientis passi biginti quadtuor, et iterum rebolbente in pars septemtrionis usque in media sepe passi duodecim, et abinde rebolbente et dessendente erga sepe de ipsa rebus, et coniungente in ipsa arcaturia, et abinde rebolbente quasi in pars occidentis et coniungente in ipsa bia, per totum istut sunt passi octuaginta, et abinde pergente in parte meridie erga sepe que est iusta ipsa bia, et coniungente in ipso termine priore fine inde sunt passi quinquaginta duo; totum istut infra predicte finis et mensurie ipse ambo predicte pecie eos tradidit ipsius nicole ad pastenandum arbores et bites de bono bitineo et poma ubi meruerit, ut amodo et usque duodecim anni completi abeant ibi ipse nicola et suos eredes arbustum factum bonum, operatum, et cultatum, et bitatum de super et de subter, sicut de tantos annos locus ipse meruerit. Simulque et tradidit ipsius nicole rebus pertinente predicte ecclesie abinde in super in pars orientis, que est terra cum binea et est per finis et mensurie: a pars septemtrionis erga sepe que modo ibi est, rectum pergente in pars orientis, inde sunt passi triginta, abinde pergente in pars meridie passi quadraginta quadtuor, et rebolbente in pars orientis passi biginti sex, et rebolbente in pars orientis passi biginti sex, et rebolbente per capite de ipsa vinea rectum in pars orientis erga sepe de ipsa rebus passi viginti, et rebolbente in pars occidentis iusta ipsa vinea passi quadraginta duo, et rebolbente in pars occidentis passi quadraginta sex, et rebolbente in pars septemtrionis usque in ipsa media sepe priore fine passi quinquaginta. Simulque et tradidimus illorum una peciola de terra coniunta ad ipsa binea, que est terra cum silba, ut ipsa pecia illi scampare et insitare insites. Simulque et tradidimus illorum alia pecia de terra cum insitetum, qui est inter ipsa vinea et ipsa priore traditione, et est per finis et mensurie: a parte septemtrionis, quod est per capite de ipsa priore traditione, rectum assendente in pars orientis sunt passi decem et octo, abinde rectum assendente et dessendente iusta ipsa binea passi triginta octo, et abinde dessendente quasi in pars occidentis passi biginti quadtuor, et rebolbente in ipsa parte septemtrionis que est priore fine, inde sunt passi alii biginti quadtuor: tota supradicta mensuria mensurata fuit ad iusto passum omini et tota supradicta rebus circoitum ex omni parte coniunta est ad rebus predicte ecclesie. Ec vero tota supradicta rebus ipsius nicola tradidimus tali ordine, ut amodo et semper, natos nassentes, ipse nicola et suos eredes ipsa traditione illorum esset potestatis, et dominare, et fobee et omnis illorum utilitatis ibi facere iusta ratione, et ibidem residere et abitare, et amodo et semper tota ipsa binea suo

tempore laborare de super et de subter, ut semper proficiant et non dispereant, et ubi meruerit, infra ipsa binea illut pastenare et propaginare, et ubi meruerit, tota ipsa traditione illut cludere, et semper illut sibi abere, et ipso arbustum ab ipsi duodecim anni in antea per omnes annos suo tempore illut laborare de super et de subter, ut semper proficiant et non dispereant et bonum paread laboratum, et amodo et semper per omnes annos per tempore de bindemie faciant scire nos vel pars predicte ecclesie, ut ibi dirigamus missum nostrum, et illis ipso arbusto et ipsa binea vindemiare ibi ad palmentum, et ipso binum ibi dibidere per medietatem: pars predicte ecclesie tollat inde medietatem et illis medietatem, sortionem nostram illis reponere ibique in ipso cellario in organea nostra et per illis ipsa organea semper siant bona conciata et studiata, et toto ipso binum qui in ipso cellario ponerimus, nos per omnes annos curamus inde abere et salbum illut facere, dum illut ibi abuerimus, absque degeneratione et igne; poma, vel nuci, vel insites, qui in ipsa traditione sunt, suo tempore illis colligere, et medietatem in pars predicte ecclesie dare ibique et medietatem sibi abeant: tantum ipse nuci de ipse insites per illis siant vone secke per omnes annos. Et quicquit frudium ibi seminaberit, illis eum studiare et per tempore de aire faciad nos scire vel pars predicte ecclesie, ut ibi dirigamus missum nostrum, et illis ipsi labori adunare ibique ad aira et illut tritulare, et tertiam partem ad ipsum missum nostrum dare, et due sortis inde sibi abeant: tantum, si in ipsa traditione fecerit ortora de cipolle, seu qualibet ortora, quartam partem in pars predicte ecclesie inde deant et tres sortis illis sibi abeant. Et quando ego nominatus domnus abbas in ipsa traditione perrexserimus pro ipsa rebus requirendum, vel pro alia mea utilitate, illut nos nutrire, set ecum meum vel alios omines qui mecum adduxserit, secundum illorum possibilitate: tantum ad ipso molinum et ad ipsa arcaturia et in trassita et issita de ipso molinum et in ipsa bia, que per ipsa traditione badit ad ipso molinum, nullam astietate illis ibi faciant. Unde per bona combenientia guadia mihi ipse nicola dedit et mediatorem mihi posuit petrus filius quondam grimoaldi ; et per ipsa guadia obligabit se et suos eredes , Ut si taliter omnia que superius legitur, mihi vel in pars predicte ecclesie vel ad subcessores meos non adimpleberit et aliquit inde contradisserit, per ipsa guadia et combenientia componere obligavit se nobis ipse nicola et suos eredes, vel in pars predicte ecclesie, triginta auri solidos costantinos et ipso superius disturbatum legit petrus filius quondam grimoaldi, quod scripsi ego romoaldus notarius.

† Ego romoaldus me subscripsi

† Ego ioannes me subscripsi.

CMLXV.

A. D. 1041.

† In nomine domini vicesimo tertio anno principatus domni nostri guaimarii glorioso princeps eius salernum, et tertio anno principatus eius capue, quam et secundo anno ducato illius amalfi et sirento, mense ianuarius, nona indictione. Ideoque nos urso filius quondam oprandi, qui dicitur terrabendeca, dum mihi te mulier nomine auria filia quondam landoni at meumque sociavi coniugio, tunc in alia die nubtiarum ante parentes et amicos nostros secundum ritus gentis nostre langobardorum, quia per unc firmum scriptum morgincabh confirmo atque trado tivi nominate uxori mee quarta enim parte de ex omnibus rebus substantiis et movilibus meis, idest de casis quam et intrinsecus casis, curtis, ortales, territorie, arbustis vitatis, vineis, vinealis, oliveta, castanieta, quertieta, campis, silvis, pratis, pascuis et aquis, finis et biis suis, in montibus quam et in planis, cultum atque incultum, movile vel immovile, de servis et de ancillis, et cum husu aquario, et de peculia magna et parva, de omnia vero et in omnibus, que nunc modo abeo vel quod in antea parare aut conquidere potuerimus, seu quod est paterna vel paternaque substantiis, et que legibus mihi ebenire debuit, de totum tivi sit nominate uxori mee; quarta enim parte tivi tradidit sub ea quidem videlicet ratione, ut ab odiernum die et at tua que supra uxori mee sint potestatis, iusta legem exinde faciendum omnia que tivi placuerit. Neque a me superius dictus urso viro tuo, Neque a nostris eredibus, Neque a nullus quemquam hominibus abeamus aliquando aliqua requisitione aut repreensionem, set in perpetuis temporibus securo nomine eos abere et possidere baleatis; quod vero firmum scriptum morgincabh in eo hordine perpetuum firmum permaneat, quam enim te petrus protonotarius scribere rogavimus, actum huius nucerie.

† Ego petrus clericus et notarius me subscripsi.

† Ego petrus me subscripsi.

CMLXVI.

A. D. 1041.

† In nomine domini vicesimo tertio anno principatus domni nostri guaimari eius salerni, et tertio anno eius capue, et secundo anno eius ducatus eius amalfi et sorrento, glorioso principe, mense ianuarius, nona indictione. memoratoriu factu a nobis mari, et urso, et amatus, germani et filii quondam benedicti, et petrus filius quondam iaquinti, eo quod ante subscripti testes per bona combenientia tradiderunt nobis petrus et alfanus, clerici et medici adque germani filii quondam petri clerici et medici, eo quod ante subscripti testes per vona combenientia tradiderunt nobis una pecia de terra cum arbustis vitatis, quod ipsi germani in beneficium retinet a pars archiepiscopii in locum nucerie in plaio de monte in castello nucerie, qui est terra ipsa per hec finis et mensurie: de subtus, quod est a pars meridie, fine ipsius archiepiscopii, sicut via discernit, inde sunt latitudo passi sexaginta sex: a pars occidentis fine ipsius archiepiscopii, sicut ballonem discernit rectum salientem propinquo ipso muru de nucerie: de super parte fine ipsius archiepiscopii et descendentem per kristone de ipsa fossa, que ibidem coniunta est in ipsa priora fine; hec vero clausum infra supradicte finis et mensurie, de quantum ibidem pastenatum abemus, ipsi germani nobis et ad omines, quod ibidem voluerimus mittere ad lavorandum voluerimus, tradiderunt per demandationem et largietate de ipso domnus amatus archiepiscopus sancte sedis archiepiscopatu salernitano in tali ordine, ut amodo et semper omni tempore, natos nascentes, ad nostra et de nostris heredibus sint potestatem illut eos tenendum et dominandum, et fobee et omnis nostre utilitatis iuxta ratione ibidem faciamus, et per ipso arbustatum, ubi meruerit, arvores et vites nos eos ibidem plantemus, propaginemus, cultemus et studiemus, sicut meruerit: tantum, ubi per tertia vices pastenaverimus et pro ipsa terra arida ibidem prisi non fuerint, non siamus inde culpavilis, set absoluti inde maneamus et faciamus ibidem una casa, et potestatem abeamus ibidem mittendum ominem ad residendum; et amodo et semper per tempore de vindemie faciamus nos vel nostris heredibus ipsi germani vel pars archiepiscopio, ut beniant aut dirigant ibidem missum suum, et nos vel nostris heredibus abto tempore illut vindemiemus, et ad palmentum ipso vino procuremus, et sic ipso vino ad palmentum per medietatem inter nos dividamus: ipsi germani vel pars ipsius archiepiscopii tollant eos medietatem, et nos toti supranominati vel nostris heredibus tollamus eos alia reliquam medie-

tatem, et ipsa sortione illorum de ipso vino nos illut portemus usque ad ipso cellario, quod ipsi germani abunt in iamdictum locum nucerie propinque alle turri, et ipso vino mittamus in organeum illorum, qui per nos siad bonum conciatum et studiatum, sicut meruerit, sic inde studiemus ipso organeum per rationem, sicut inde vino exierit: missum illorum quem ibidem steterint pro ipsa vindemia, nos illum eorum nutriemus secundum nostra possivilitate et demus illorum palmentaticum iusta ratione; et de quod ibidem seminaberimus, demus inde illorum terraticum secundum consuetudine de ipsum locum; et si qualecumque tempore nos vel nostris heredibus ipsa rebus tenere et lavorare noluerimus aut non potuerimus, inclita ipsa rebus pastenata et cultata remittamus ad potestate ipsorum germani vel in partibus archiepiscopio, et licead nos inde tollere omnis causa nostra movilia quod illis diebus ibidem abuerimus. unde in eo ordine per bona combenientia guadia nobis ipsi germani dederunt et mediatorem nobis posuerunt cicerus filius quondam landoni; et per ipsa guadia obligaverunt se et pars episcopii antistandum et defensandum nobis nostrisque heredibus tota et inclita suprascripta illorum traditione da omnes homines omnique partibus in iamdicto ordine; et si taliter omnia, ut superius dictum est, nobis nostrique heredibus non adimpleberint et aliquit inde eos contradixerint, per ipsa guadia obligaverunt se vel archiepiscopio ad componendum nobis nostrisque heredibus viginti auri solidi constantini, et unc brebem scripsi ego iohannes notarius qui interfuit.

† Ego romoaldus

† Ego dauferius.

CMLXVII.

A. D. 1041.

† In nomine domini dei salvatori ihesu christi vicesimo tertio anno principatus salerni domni nostri guaymarii gloriosi principis, et tertio anno principatus eius capue, et secundo anno ducatus illius amalfi et sirrentum, die octaba mensis ianuarii, indictione nona amalfi. Certi sumus nos maria relicta constantini qui dicitur acaranoba, quam et nos ursus et sergius germani, qui sumus genitrix et filiis, a presenti die pruntissima voluntate Venundedimus et contradidimus vobis domno leoni filio domni iohannis de constantino de lupino de constantino de leone comite, idest plenaria et integra ipsa medietate nostra, quem ha-

bemus in ipsum pastinum in citara positum. Nam vero reclaramus de totum ipsum predictum pastinum ipsas fines a supra namque ponitur, in quantum continet ipse predictus pastinus deptus fini finem de causa heredum domni gutti filii leonis de gutto; de uno vero latere fini finem de causa domne boccie filie suprascripti domni leonis de gutto, et de alio autem latere ponitur fini finem de ipsis heredibus suprascripti domni gutti et fini finem de heredibus domni sergii cullona una. Infra hos finem Venundedimus vobis exinde ipsa medietate nostra cum via sua et omnia sua pertinentia. Unde nichil nobis remansit, aut aliquid vobis exinde exceptuavimus qui nobis obbenit a suprascripto viro et genitore nostro et at illum obbenit ex pastinatione a suprascripto domno gutto et ipsam chartulam pastinationis, quas exinde habuimus, vobis illam dedimus; et si exinde alia qualiscumque chartula inbenta dederit, apud vos et vestros heredes eas mittere debeamus sine vestra damnietate vel amaricatione. Unde accepimus a vobis exinde plenariam vestram sanationem, idest auri tari decem, sicut inter nos conbenit in omnem deliberationem et in omnem decisionem, Ut a nunc die presenti et im perpetuis temporibus in vestra et de vestris heredibus sit potestatem habendi, fruendi, possidendi, vindendi, donandi, seu commutandi, vestrisque heredibus dimittendi semper liberam habeatis potestatem, sine omni nostra et de nostris eredibus contrarietatem vel requesitionem im perpetuum: insuper nos et nostri heredes vobis vestrisque heredibus eos antestare et defensare promittimus; quod si minime vobis exinde fecerimus, tunc componere promittimus nos et nostri heredes vobis vestrisque heredibus auri solidos decem byzianteos, et hec chartula sit firma im perpetuum.

† leo filius gutti testis est

† iohannes gizzus filius mauri testis est

† petrus filius stephani de marino testis sum

† Ego iohannes scriba filius sergii scripsi.

CMLXVIII.

A. D. 1041.

† In nomine domini Vicesimo tertio Anno principatus salerni domni nostri guaimarii, Et tertio anno principatus eius capue et ducatus eius amalfi et surrenti [1] glorioso prin-

[1]) Potius: *secundo anno Amalphiae et Sirrenti.*

ceps, mense Ianuarius, nona Indictione. Ideoque ego Iohannes et gisolfus filius quondam accepti, et imericus filius marconi, et dauferi filius quondam ciceri commanenti de locum furano, ubi truncito dicitur, finibus campanie, Sicut nobis congruum esset bidetur, bone etenim nostre boluptatis per hanc quoque bidelicet cartula ante subscripti testes benumdedimus vobis alais et adelferi comitibus, germanis filiis quondam Imetanci comiti, Una pecia de terra cum castanietum, qui esset bidetur in locum furano, ubi palmentara dicitur finibus campanie, Coniuncta cum alia rebus vestra que habet finis et mensurie ea circumdant de pars orientis passi triginta quinque: da pars meridie fine vestra qui supradicti alais et adelferi comitibus, et Inde sunt passi sexaginta septem: da pars occidentis sunt exinde passi triginta quinque: da pars septemtrionis sunt passi septuaginta et quomodo se coniunget in priore fine. Hec vero predicta pecia de terra cum castanietum, qualiter per has finis declarabimus, et iusto passo hominum mensurabimus, tota et inclitam ad funditus illam nobis alais et adelferi comitibus benumdedimus, cum bice de bia et andita sua, et aquarum usis, et cum Inferius et superius, et cum omnia Infra se habentibus suisque pertinentiis, amodo et semper vos vestrisque filiis et heredibus illos eos habendum, dominandum, possidendum, retinendum, frudiandum et omnia exinde faciendum, de sicut bobis vestrisque filiis et heredibus placuerit; et pro confirmandam et stabiliscendam hanc suprascripta nostra binditione vobis vestrisque filiis et heredibus firmandum, nunc manifesti sumus, quia in presentem recepimus nos qui supradicti a bos supranominati alais et adelferi comiti emptori nostri statutum pretium, sicut inter nobis combenit, i sunt per numerum hauri tari decem et opto; finitum dicimus habere pretium ipsum aput nos in omnem deliberationem, ea quidem ratione, et per convenientiam vone nostre bolumptatis guadia vobis dedimus, et mediatores posuimus cennamo filio iohanni et guandi filio garami; et per eadem guadia obligabimus nos nostrisque filiis et heredibus, vobis predictis vestrisque filiis et heredibus, Ut haec predicta nostra binditione, sicut prelegitur, ab omnibus hominibus omnibusque partibus inantistare et defensare promittimus, adque obligabimus da consortes et sortifices nostris, et a pars uxoribus nostris, et da omnes homines de omnique partibus. Et quando per vos ipsis bolueritis exinde esset autori et defensori nostris bicibus, licentiam et potestatem habeatis cum ista cartula et cum alio monimine et ratione que exinde habere potueritis, In omnibus exinde causaret et finem faceret, qualiter volueritis. Nam, quando nos et nostris filiis et heredibus autori et defensori quesieritis habere, nos autem et illum vobis defensemus da omnes homines de ex omnique partibus. Quod si taliter illum vobis vestrisque filiis et heredibus non defensaberimus et illum vobis tollere, vel contrare, aut dismobere, aut retornare, aut quodcumque causationem vo-

bis Inde vel exinde preponeret, aut amittere quesierimus per qualibet modis vel Ingenio, primis omnium questio et causatio nostra et de nostris heredibus modis omnibus adbersus vos inde taciti et bacui remaneamus, et ad compositionem siamus nos nostrisque filiis et heredibus obligati unusquisque ad componendum vobis alais et adelferi comitibus, vestrisque filiis et heredibus, quinquaginta haurii solidi constantini et que supra per Inbitis vobis vestrisque filiis et eredibus adimpleamus et cartula ista binditionis in suprascripta ratione omni tempore sit firma, quam te urso presbiter et notarius scribere rogabimus intus locum truncito finibus campanie qui interfuit.

† ego iohanne presbiter uc me recolo esse

† ego pando presbiter.

CMLXIX.

A. D. 1041.

† In nomine domini Vicesimo tertio anno principatus salerni domni nostri Guaimarii glorioso principe, et tertio anno principatus eius capue, quam et secundo anno ducatus eius amalfi et sirrenti, mense februario, nona indictione. Ego cosmas monachus et abbas monasterii sancte sofie, qui situm est intus hanc salernitanam civitatem, ante domnus theodorus almificus episcopus, et ibique adessent subscripti idoneos homines, per convenientia quam et per iussionem ipsius domni episcopi una cum iohannes clericus advocator eiusdem monasterii ad laborandum tradidimus petro filio quondam petri fermosaci pro vice ipsius monasterii et pro vice domne gemme filie quondam domni guaimarii comitis, et relicta quondam domni guaimarii comitis, et relicta quondam guaiferi comiti, inclita medietate de duabus petie de terra pertinente suprascripti monasterii et ipsius gemme, que sunt intra fines salernitanas in locum sarnu ista parte flubio dragunteio propinquo porta que ibi est. Prima petia per as fines: ab occidente fine aqua de ipso flubio: a meridie fine muru de civitate betere qui ibi est: et de super a septemtrione fine via puplica, et ab oriente fine de alii hominibus. Secunda petia ibique a super de una parte coniuncta ad ipsa via et de alia parte fine plaiu de monte et due parti fine de alii hominibus: de iste ambo petie medietatem ipsius petri tradidimus vice ipsius monasterii et ipsius gemme, quam

et tradidimus ei sortione de alia rebus qui ibique coniuntum est pertinentem ad suprascriptum monasterium et ipsius gemme, tali tinore illut ei tradidimus, ut amodo et semper illut annualiter apto tempore ipse et suos heredes ipsa medietate debead laborare et cultare, ut semper bona et perfecta paread laborata, et seminata, et studiata, et omnem labore ibique ad area recolligere, et adunare, et tritulare, et ventilare, et de omnia que ibi seminaberint, deant ibique terraticum ad missum nostrum secundum consuetudo de ista parte ipso flumen; et si in ipsa traditione pastenare potuerint arbores et vites, licead eis ibi pastenare et arbustum ibi facere, et a quo parutus fuerit ut vinum inde exeat, deant inde medietatem ibique ad palmentum ad missum nostrum, et ipsa nostra medietate reponant in organeum qui ei assignaberint pars ipsius monasterii, et faciad illut salbum intus domum suam absque igne et generatio, donec inde tollat missum ipsius monasterii et ipsius gemme, et palmentatica inde deant et semper de aire et de vindemie faciant scire pars ipsius monasterii et ipsius gemme, ut dirigant missum suum pro ipso terraticum et ipso vinum, et dum ibi steterit ipsum missum, debeant nutricare, ut iustum fuerit, et equum suum, et si pastenare non potuerint, non siant inde culpabiles. Unde in eo tinore per convenientia guadia nobis dedit ipse petrus, et fideiussorem nobis posuit seipsum per apposita pignera; et per ipsa guadia obligavit se ipse petrus et suos heredes, ut si omnia suprascripta non adimpleberit et aliquit inde contradixerit, tunc per ipsa guadia componere obligavit se et suos eredes in parte ipsius monasterii et ipsius gemme decem solidi aurei constantini, et ipsa traditione relaxet in potestate ipsius monasterii et ipsius gemme, quod scripsi ego iohannes clericus et advocator qui et scriba prefati monasterii.

† Ego ursus me subscripsi

† Ego alfanus me subscripsi.

CMLXX.

A. D. 1041.

† In nomine domini Vicesimo tertio anno principatus salerni domni nostri guaimarii glorioso princes, et tertio anno principatus eius capue, et secundo anno ducatus illius amalfi et surrentu, mense februarius, nona indictione. Memoratorium factum a nobis desiderio et iohannes comites palatii, qui sumus germani et filii quondam iaquinti comitis palatii, Ante presentia grimoaldi comiti et iudici Coniunti sumus ad bonam combenientia cum lando

comes palatio thio nostro, propter ad compreendendum et confirmandum inter nos de rebus que abemus Ulter flubio siler, in locum ubi dicitur ad mercatellu, que sunt terris cum bineis et bacuum et silbis, Unde per ipso lando thio nostro ante os annos ipsa rebus fuit dibisa cum predicti germani sui, et fecit inde tres sortis per finis et mensurie, qualiter ic subter legitur, et per partes inter se inde compreenserunt singule sortis et mensurabimus, modo prius ipsa sortione quod nos compreensimus et retinemus: prius inde mensurabimus Una pecia de terra bacua et est per finis et mensurie: a pars occidentis fine ipsa sortione, quod ipse lando comes comprensit, inde est per longitudo passi duocenti octo: a pars septemtrionis fine pullo et lagu paulino, inde sunt passi centum quadragintaduo: A pars orientis fine ipso lagu paulino, inde sunt passi centum sexaginta: a pars meridie fine bia comune que badid ad ipso lagu, inde sunt passi centum octuaginta quadtuor: ista pecia est terra cum binea et bacuum. Seu et mensurabimus alia pecia de terra cum binea et bacuum. Seu et mensurabimus alia pecia de terra cum binea quod retinemus in eodem loco, et est per finis et mensurie: a pars occidentis fine terra cum binea de sortione ipsius landoni comiti, inde sunt passi viginti duo: a pars meridie fine terra cum binea de sortione ipsius landoni thio nostro, inde sunt passi triginta sex: a pars orientis similiter fine ipsius landoni comiti, inde sunt passi duodecim: a pars septemtrionis fine ipsa bia comune, que badit iusto flubio siler, sunt inde passi triginta sex. Alia pecia de terra cum binea ibique quod nos retinemus in nostra sortione, et est per finis et mensurie: a pars occidentis fine sortione ipsius landoni thio nostro, inde sunt passi quinquaginta: a pars meridie fine media sepe mensurata iusta ipsa sepe passi biginti duo: a pars orientis similiter fine media sepe mensurata iusta ipsa sepe passi alii quinquaginta; a pars septemtrionis fine terra cum binea, que est sortione predicti landoni comiti et inde bia discernit, inde sunt passi quadtuordecim; seu et retinemus pro nostra sortione Una pecia cum binea quod pastenabit leo amalfitanus, que de due parti de iber tempus aqua ibi se aduna, totum istut infra predicte finis et mensurie est sortione nostra. Seu et mensurabimus ipsa sortione ipsius landoni comiti: in primis mensurabimus Una pecia de terra cum binea et est per finis et mensurie: a pars meridie fine bia comune, inde sunt passi sidecim et medium: a pars orientis fine ipsa portione nostraque germani: a pars septemtrionis fine bia comune: a pars occidenti fine bia comune. Alia binea ipsius landoni comiti abet fines et mensurie: a pars orientis fine ipsius landoni thio nostro, inde sunt passi quadraginta sex: a pars septemtrionis similiter fine ipsius landoni thio nostro, inde sunt passi quindecim: a pars occidentis abet passi alii quadraginta sex: a pars meridie abet passi viginti tres. Alia terra cum binea ibique ipsius landoni comiti abet finis et mensu-

rie: a pars occidentis fine nostra et fine ipsius landoni thio nostro, abet inde passi biginti duo: a pars meridie fine nostra, abet inde passi undecim minus gubitum, et rebolbente in pars septemtrionis passi quadtuor, et rebolbente iusta fine ipsius landoni thio nostro in pars orientis passi triginta sex et medium: a pars orientis fine carbonario qui totum est de ista sorte: a pars septemtrionis fine ipsa bia comune; alia pecia de terra que est sortione ipsius landoni comiti, est per finis et mensurie: a pars septemtrionis fine limite qui est iusto pullo, inde sunt passi centum quadraginta, abinde rectum descendente in pars meridie, sicut terminatum est et coniungente in pantano de tammarici et abinde rectum pergente in pars occidentis iusta comunali et limite: a pars occidentis fine ipsa sortione predicti landoni thio nostro, sicut terminatum est. Alia pecia de terra, quod ipse lando comes retinet pro sua sortione, et est ibi coniunta in pars septemtrionis que de super parte coniuntum est ad ipsa bia comune que badit ad ipso lagu: a pars occidentis fine ipsa sortione ipsius landoni thio nostro, sicut terminatum est. Alia pecia de terra sortione predicti landoni comiti ibique a super et coniuntum ad ipsa bia comune que badit ad ipso lagu: a pars occidentis fine ipso flubio siler: de pede similiter fine ipsa bia: a pars orientis fine ipsa nostra sortione, inde est per longitudo passi duocenti octo, et abinde qualiter ascendit in pars septemtrionis et trabersante ipso pullo et pergente in ipsa pars septemtrionis et coniungente in pullo qui est coniuntum ad recolfo, et abinde ascendente et coniungente in medio ballone manumfactum et per medio ipso ballone pergente et coniungente in ipso flubio siler, totum istut infra predicte finis et mensurie est sortione predicti landoni. Seu et mensurabimus ipsa sortione ipsius landoni thio nostro; primitus quidem mensurabimus inde Una pecia de terra cum binea et est per finis et mensurie: a pars septemtrionis fine ipsa bia comune, inde sunt passi triginta quadtuor et medium: a pars orientis fine ipsa sortione nostra et fine ipsius landoni comiti, inde sunt passi septuaginta: a pars meridie fine comunalia, inde sunt passi sidecim: A pars occidentis fine sortione ipsius landoni, inde sunt passi quadraginta sex et ibi duo termini ficti sunt, abinde rebolbente in parte occidentis iusta sortione ipsius landoni comitis passi quindecim. Alia pecia de terra bacua et binea uno teniente, quod est sortione ipsius landoni thio nostro, abet finis et mensurie: a pars occidentis fine ipso ballone de ipse binee predicti landoni comiti et abinde rebolbente in parte occidentis iusta ipsa sortione de ipsa binea predicti landoni comiti, sicut rebolbit et coniungente ad ipsa nostra sortione et abinde descendente iusta fine nostra et coniungente ad ipsa comunalia, et abinde rebolbente iusta ipsa comunalia in pars orientis per limite del arenosa rectum et coniungente ad ipsa sortione ipsius landoni comiti, et abinde rectum ascendente inter ambo ipse sortis per ter-

miti et coniungente in ipsa bia comune que badit ad ipso lagu, et abinde rebolbente in parte occidentis iusta ipsa bia et coniungente in ipso ballone priore fine abet inde passos sexaginta sex. Alia pecia de terra bacua et silba uno teniente de ipsa sortione ipsius landoni thio nostro et est per finis et mensurie: a pars orientis incipiente ab ipso flubio siler et pergente in pars meridie iusta fine rebus de ecclesia nostra comune sancti nicolai que ibi constructa est, inde sunt passi septuaginta sex, abinde pergente in pars occidentis et coniungente in pantano qui est iusta bia plubbica, et exiente rectum in ipsa pars occidentis et coniungente in plaio de ipso flubio, et abinde assendente et coniungente in plaio, et abinde rebolbente et coniungente in ipso flubio et abinde ascendente iusto ipso flubio, sicut rebolbit, et coniungente in priore fine, totum istut compreensit ipse lando thio nostro in sua sortione: tota suprascripta mensuria mensurata fuit ad iusto passum; tantum ipso flubio, et ipsi lagu, et piscatorie, et badora de ipso flubio et de ipso lagu et sedilie, ubi case et redita abemus et bacuum, omni tempore communiter siant de nos vel de nostros eredes, Et qualiter sortis ipse compreensimus, sic inter nos illas tradidimus cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis et cum bice de ipse bie, ad securiter et firmiter amodo et semper nos et nostris eredibus illut, sicut compreensimus, inter nos illut abendum, dominandum, possidendum, unasquisque pars de sua sortione faciendum omnia quod boluerit, absque unus alterum contrarietate vel requisitione. Unde in eo ordine per combenientia guadia nobis ipse lando thio nostro posuit nobis fidemiuxore adelferi comes filius quondam imetanci comiti, et ipse lando comes posuit nobis fidemiuxore iohannes comes filius quondam rodegrimi, Ut si taliter omnia suprascripta per supradicto ordine illis vel illorum eredibus nobis nostrisque eredibus non adimpleberint et aliquit inde contradixerint, aut si malo ordine super sortem nostram, quas compreensimus, ire presumserit, per ipsa guadia componere obligaberunt se ipsi nominatī lando comes palatio et lando comes, nobis nominati disiio et iohannes comes palatii, vel ad nostris eredibus trecentos aureos solidos constantinos et in suprascripta dibisione quemammodum superius legitur, firmiter omni tempore permanerent et ipso superius disturbatum legit nostraque, quod scripsi ego romoaldus notarius.

† Ego qui supra grimoalt comes et iudex.

CMLXXI.

A. D. 1041.

† In nomine domini vicesimo tertio anno principatus domni nostri guaimari eius salerni, et tertio anno eius capue, et secundo anno eius ducatus amalfi et sorrento, glorioso principe, mense februarius, nona indictione. Ideoque ego ioccardus filius quondam petri clarefacio, quoniam a pars ipsius genitori meo et genitrice mea michi est pertinentes abere rebus in locum nucerie, in locum preturum, que est castanieta et inserteta de plano usque in terra de ipsum monte de preturum, et due alie pecie de terra bacua, qualiter ego ibidem dominaturum et possessurum sum de gradum parentum nostrorum a partibus ipsius genitori meo; et ideo, sicut mihi congruum est, vona etenim mea voluntate per anch cartulam ante subscripti testes benumdedit adque ad semper abendum confirmo tivi machenolfi filio quondam machenolfi tota et inclita ipsa sortione de predicta rebus de ipsum locum preturum ipso insertitum et castanietum, qui est per mensura de latitudo in pede passi quadtuor et medium et gubito, et qualiter salientem da pede usque in serra de ipsum monte qui est ex omni parte fine de consortibus nostris, ipse alie ambe ipse pecie bacue, quod supradiximus, similiter ex omni parte de consortibus nostris et, sicut dictum est, qualiter ibidem dominaturus et possessurus sum, totum et inclitum illut tivi iamdicto machenolfus venumdedit. unde de suprascripta mea vinditione nullam michi aut quarta uxori mee, vel in quabis partibus exinde restitit, aut dicimus inde remanere sortione, set, sicut diximus, totum et inclitum illut tivi iamdicto mahenolfus venumdedit, ad securiter et firmiter amodo et semper omni tempore tu tuique heredibus illut eos abendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum quod volueritis, sine omni mea et de ipsa uxor mea, vel de meis heredibus, aut cuiquam hominibus contrarietate vel requisitione. unde pro confirmanda et staviliscenda suprascripta mea vinditione a presentis recepimus a te iamdicto machenolfus sidecim auri tari boni in omne deliveratione, sicut inter nobis combenit; finitoque vero pretium ipsum aput nos eam ratione, de qua ego iamdictus iochardus vona mea voluntate guadia tivi predicto mahenolfus dedit et mediatore tivi posuit iohannes filius quondam teudelgradi; et per ipsa guadia obligo me et meis heredibus amodo et semper homni tempore antistandum et defensandum tivi tuique heredibus tota et inclita suprascripta mea vinditione a pars de ipsa uxore mea et da om-

nes homines homnique partibus; et quando per te volueritis inde esse auctore et defensorem, cum ista cartula et cum quale alia monimen et ratione, quas inde abere potueritis, in omnibus inde causare et fine facere, sicut vultis, quod si omnia suprascripta illut tivi tuique heredibus non defensaberimus, aut si ego vel meis heredibus illut vel exinde tivi tuique heredibus tollere aut contrare quesierimus, quomodocumque per qualecumque ratione, ideo per supradicta guadia obligo me et meis heredibus ad componendum tivi tuique heredibus triginta auri solidos constantinos et omnia suprascripta illut tivi tuique heredibus adimpleamus, cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis et cum vice de via sua, per supradicta guadia et obligata pena, quam te iohannes notarius scribere rogavimus, actum nucerie.

† Ego amatus.

† Ego iohannes.

CMLXXII.

A. D. 1041.

† In nomine domini vicesimo tertio anno principatus salerni domni nostri guaimari, et tertio anno principatus eius capue, quam et secundo anno ducatus illius amalfi et surrentum, glorioso princeps, mens martio, nona indictione. Ideoque nos, i sumus petrus et iohanne et ademari, germani filii quondam maraldi de locum floccanu, clarefacimus nominati germani, quoniam communiter abemus et possidemus rebus cum arbustis bitatis a pars supradicti genitori nostri et per gradum parentum nostrorum in locum nucerie, ubi floccanum et catamaurici dicitur, et congruum est nobis illut exinde bindere machenolfo filio quondam machenolfi; et ideo nos prenominati germani vone nostre voluntatis comune consensum ante subscripti testes per anc cartulam benundedimus atque ad semper abendum confirmabimus tibi iamdicto machenolfi tota et inclita ipsa iamdicta pecia de iamdictum locum catamaurici, qui est per as fine et mensurias: a pars septemtrionis fine maranci, inde passi quadtuor et gubitu unum: ab occidente fine maraldi et de germani sui, sunt inde passi triginta..... sicut inde poiu et sepe descernit, inde passi trideci: rebolvente in parte orientis per fine radoaldi sunt passi quadtuor: iterum rebolvente in ipsa pars sebtemtrionis fine maraldi, inde passi nobem, et ab oriente fine ipsius maraldi, inde passi biginti sex: totum mensuratum at iuxto passu ominum; istut per iamdicte finis et per ipsa mensuria to-

tum et inclitum illut tibi nominato benundedimus, unde nullamque nobis nominatis germanis, nec quarte de uxoribus nostre, vel in quabis parte hexinde reserbabimus, set, sicut diximus, in integrum illut tibi benundedimus, quam et benundedimus tibi nos supradicti iohannes et ademari una pecia de terra ibique propinquo in ipso locum catamaurici, quod nobis est pertinentes abere per cartulam parationis da iaquintus filius quondam garaldi. Et ideo nos supradicti iohannes et ademari vone nostre voluntatis, unianimiter parique consensum, ante ipsi suprascripti testes per anc cartulam benundedimus atque ad semper abendum confirmavimus tibi iamdicto machenolfi tota et inclita ipsa pecia, quod modo diximus, de predictum locum catamaurici per finis et mensurie: ab occidente fine tuaque, inde passi quinque: a sebtemtrionis fine bisantii, inde passi quadtuordeci: et ab oriente fine garofali et de germani sui, sunt passi quinque: et a meridie fine machenolfi et de germani sui, et coniungente se at ipsa propria fine inde passi quindecim; totum at iuxto passum ominum est mensuratum: suprascripta rebus per suprascripte finis et mensurie cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis, et cum bica de bia sua illut tibi nominato benundedimus. Unde nullamque nobis nominatis germanis, vel in quabis parte hexinde riserbabimus, tamen ego iohannes et cum quarta uxore mea, sicut diximus, a funditus illut tibi benundedimus, ad securiter et firmiter amodo et semper tu nominatus et tuos eredes, et cui cartula ista bice vestra in manum paruerit, illut abendum, dominandum, possidendum et omnia exinde faciendum quod volueritis, absque omni nostra het de nostris eredibus vel de cuiuscumque ominibus contrarietate vel requisitione. Et pro confirmandam et staviliscendam hanc nostram bindictionem nos nominati germani recepimus a te nominato machenolfo, idest auri tari voni numero quadtuor in omnis deliveratione, sicut inter nobis combenit. De qua per bona combenientia nos supradicti germani guadia tibi exdicto machenolfi dedimus, et mediatorem tibi posuimus iohannes filius quondam iohanni gualperti; et per ipsa guadia obligavimus nos et nostris eredibus amodo et omni tempore antistandum et defensandum tibi tuique eredibus inclita supradicta nostra bendictione da pars uxoribus nostris et da omnis omines omnique partibus, et cum bice de bie sue; quod si taliter, ut superius legitur, illut tibi tuique eredibus non adimpleverimus et de suprascripta nostra bindictione contradixerimus per quabis rationibus, tunc primum omnium questio et causatio nostra et de nostris eredibus atversus vos et vestris eredibus sit exinde tacita et bacua; et per ipsa guadia obligavimus nos et nostris eredibus at componendum tibi tuique eredibus, seu cui cartula ista vice vestra in manum paruerit, decem auri solidos constantinos. Et taliter scribere rogavimus te petrus protonotarius, actum huius nucerie.

† ego guandelferi

† ego romoaldus.

CMLXXIII.

A. D. 1041.

† In nomine domini bicesimo tertio anno principatus salerni domni nostri guaimari, et tertio anno principatus eius capue, et secundo anno ducatus illius amalfi et surrenti, gloriosi principis, mense martius, nona indictione. memoratorium factum a me domnus alferus archipresbiter et diaconus et abba hecclesie sancti maximi, qui sunt de dominium predicte hecclesie, eo quod ante subscripti idoneis ominibus per combenientiam tradidi ad tenendum et possidendum ursi, et garofali, et mari, germani filii quondam iohanni abitatori de rota, inclita terra cum casa et cum pariti frabite, quod pars iamdicte ecclesie abet intus anc civitatem in plaio de montem ha super ipsam ecclesiam, qui est ipsa terra et casa coniunte ex omni parte ad fine ipsius hecclesie, que est per ec finis et mensuras: ab occidente sunt pedes decem et octo, da septemtrionis sunt pedes quadtuordecim, ad orientes sunt pedes alii decem et octo, da parte meridie sunt pedes sidecim, totum mensuratum ad iusto pedem manum omini; hec vero terra et casa per supradicte finis et mensurie tota et inclita illam ipsorum germani tradidi tali ordine, ud amodo et usque biginti nobem anni completi licead illis et suis eredibus tota et inclita ipsa terra et casa conciare et edificare de bona lignamina, et ibidem residere, et omines quos illis ad residendum illis ibidem micterent, tantum per omnes annum obligaberunt se ipsi germani et suis eredibus darent mihi vel in pars predicte ecclesie censum de suprascripta tradictione octo follari boni ud per capu.... ad completi ipsi biginti nobem anni tota et inclita suprascripta terra et casa per iamdicte finis et mensuras conciata et clusa et cooperta bona, sicut meruerit casa, remicterent illis vel suis eredibus ad potestatem tuam in pars iamdicte ecclesie, faciendum quod boluerimus, et licead illis et suis eredibus inde exire cum omnia illorum causa mobilia, sine contrarietatem de pars iamdicte ecclesie. Unde per combenientiam guadia ipsi germani mihi dederunt et mediatores mihi posuerunt se ipsis; et per ipsa guadia obligaberunt se et suis eredibus, ud si taliter omnia suprascripta nobis vel in pars iamdicte ecclesie non adimpleberit, per ipsa guadia obligaberunt se et suis eredibus ad componendum mihi vel in pars iamdicte ecclesie biginti auri solidos constantinianos. berumtamen ipsi octo follari illis nobis modo deant pro ipso censum pro isto anno, et ab inde in antea per omnes annum usque ipso constitutum deant illis et suis eredibus ana octo follari boni per omnis

annum nobis vel in pars iamdicte ecclesie, et de superdicti omines ad residendum illos ibidem micterent, quod scribsi ego alderissi notarius.

† Ego petrus notarius me subscripsi

† Ego petrus notarius me subscripsi.

CMLXXIV.

A. D. 1041.

† In nomine domini vicesimo tertio anno principatus domni nostri guaimari eius salerni, et tertio anno eius capue, et secundo anno eius ducatus amalfi et sorrento, glorioso principe, mense aprelis, nona indictione. Ideoque ego nardus filius quondam mari, qui dicitur mackarone, de locum floccanum pertinentia nucerie, de sicut mihi congruum est, vona etenim mea voluntate per anch cartam ante subscripti testes venumdedit adque ad semper abendum confirmo tivi machenolfi filio quondam machenolfi de iamdicta nucerie inclita medietate de una pecia de terra cum arbustis vitatis, quod ego abeo in locum floccanum ubi ad catamaurici dicitur, per hec finis et mensurie: a pars septemtrionis fine alexsandri, inde abet passi tridecim; a pars orientis fine machenolfi filii grimoaldi, sunt inde passi triginta quadtuor; a pars meridie sicut poiu discernit, inde sunt passi tridecim et medium: a pars occidentis fine radoaldi, et exiente in fine tua qui supra machenolfi usque in priora fine inde abet passi triginta quadtuor, totum ad iusto passum omini est mensuratum; hec vero rebus per iamdicte finis et mensurie inclita medietate, que est coniunta ad fine tua, illut tivi iamdicto machenolfi venumdedit, cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis, et cum vice de via sua tivi qui supra machenolfi venumdedit. unde de suprascripta mea vinditione nullam nobis, aut quarta uxori mee, vel in quabis partibus exinde restitit aut dicimus inde remanere sortione, set, sicut diximus, totum et inclitum illut medietatem tivi benumdedimus, ad securiter et firmiter amodo et semper tu tuique heredibus illut eos abendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum quod volueritis, sine omni mea et de ipsa uxor mea, et de meis heredibus, aut cuiquam ominibus contrarietate vel requisitione. unde pro confirmandam et staviliscendam suprascripta mea vindictione a presentis recepi a te exinde quinque auri tari boni in omne deliveratione, sicut inter nos combenit; finitoque vero pretium ipsum aput nos ea ratione, de qua ego

iamdictus maraldus vona mea voluntate, guadiam tivi iamdicto machenolfi dederunt, et mediatorem tivi posuerunt iohannes filius quondam iohannis gualperti de eodem loco floccanu ; et per ipsa guadia obligo me et meis eredibus amodo et semper omni tempore antistandum et defensandum tivi tuique heredibus tota et inclita suprascripta mea vindītione a pars uxori mee et da omnis homines omnique partibus; et quando per te volueritis inde esset auctore et defensore, cum ista cartula et cum quale alia monimen et rationem, quas inde abere potueritis, in omnibus inde causare et finem facere vultis ; quod si nos vel nostris eredibus inde quesieritis abere auctores et defensores, tunc nos et nostris heredibus semper illut tivi tuique heredibus defensemus per supradicto ordine et ratione: quod si omnia, ut superius dictum est, per iamdicto ordine illut tivi tuique heredibus, non defensaverimus, aut si nos vel nostris heredibus illut vel exinde tui tuique heredibus tollere aut contrare quesierimus per quabis rationibus, per ipsa guadia per combenientia obligavimus nos et nostris heredibus ad componendum tui tuique eredibus viginti auri solidi constantiniani, quam te iohannes notarius scribere rogavimus actum uius nucerie.

† ego guandelferi

† ego romoaldus.

CMLXXV.

A. D. 1041.

† In nomine domini bicesimo tertio anno principatus salerni domni nostri guaimari, et tertio anno principatus eius capue et amalfi, et secundo anno ducatus eius sorrenti, gloriosi principis, mense aprilis, nona indictione. Ego truppualdus scriba palatii et abbas ecclesie sancti maximi et pertinentem supradicti domni principis, et de germani sui, et de eredes quondam iohanni comitis, qui fuit filius domni iohanni olim principi, eo quod ante subscripti testes per bonam combenientiam tradidit iohanni clerici filio quondam bonoaldi qui fuit de cunsu, et iohannes filius corvi monachi, ad faciendum illis et suis eredibus dua molina, quod pars ipsius ecclesie abet in locum pestum, ubi ad sanctum basili dicitur, pertinentem ipsius ecclesie sancte marie, tali ordine, ut amodo et per totum mensem magius, qui modo in proximo benit, faciatis ibidem unum molinum ad omnis nostrum expendium et concietis illum bonum, sicut meruerit, ut diebus ac noctibus pleniter macenare possant, et

quantum bictum et laborem inde tollere potueritis, totum nobis sint potestatis faciendum que bolueritis. tantu de isto hunum molinum quod feceritis, detis mihi, vel in pars predicte ecclesie de mense september, oc annum prius beniente, ic ad litore maris sine nostrum expendium, decem modiola de granum bonum et alia decem modiola de ordeum similiter bonum ad modiolum plateaticum culma mensurata; et si vos vel vestris eredibus potueritis facere ibidem modo ipso alium molinum, ut illum abueritis factum in ipso constitutum, sicut supra diximus, per totum ipso mense magius prius beniente, aut per totum mensem iunius similiter prius beniente, dare mihi vel in pars iamdicte ecclesie supradicto mense september oc annum beniente, ic ad litore maris ante ipsa ecclesia, quadraginta modiola de hunum biginti de granum et alia biginti de ordeum, totum ipso bictum bonum ad supradictum modium plateaticum; et si non potueritis facere amba ipsa molina de istis mensibus que supra legitur, non siatis inde culpaviles, set faciatis vos et vestris eredibus unum de ipsa molina, et detis mihi vel ad pars ipsius ecclesie ipso censum ipsi biginti modiola de bictum ad litore maris, sicut supradiximus, et da quo ipsa hamba molina factam abueritis, bos et vestris eredibus usque duodecim anni completi illam teneatis et dominetis, et detis mihi vel ad pars iamdicte ecclesie per omnis annum, ic in salerno ante ipsa ecclesia ad litore maris de ipso suprascripto mense september; octuaginta modiola de granum bonum ad modium de ipso locum de ipsa molina capiente per unusquisque modiolum quadtuor quarta de granu ad quartario, que per ipso locum pestum ad ipsa molina andaberit. Et ego predictus abbas stetit dare modo ad ipsi iohannes clerici et ad ipsum alium iohannes per adiutorium de ipsa molina decem auri tari boni; ad ipsi duodecim anni completi amba ipsa molina conciata, ut diebus ac noctibus pleniter macenare possant, cum ipso tegurium conciatum super ipsa molina perbeniant ad potestate mea vel de pars predicte ecclesie, faciendum que boluerimus, et illis et suis eredibus et ominibus qui ibi miseritis, licead illis inde exire cum omnis illorum mobile que ibi abueritis, sine contrarietate mea vel de pars ipsius ecclesie. tamen omnis bictum quod inde tollere potueritis, usque ipso constitutum completum, totum illut bobis abeatis, scepto ipso censum, quod mihi vel ad pars ipsius ecclesie dare debetis per annum. De qua per bona combenientia guadia mihi ipsi suprascripti iohanni clerici et iohannes filius predicti ursi monachi dederunt, et mediatorem mihi posuerunt petrus filius quondam domni musandi, qui fuit abbas; et per ipsa guadia obligaberunt se et suis eredibus, ut si taliter omnia suprascripta per suprascripta ratione mihi vel ad pars ipsius ecclesie non adimpleverit et aliquit inde contradixerit, per ipsa guadia et per combenientia obligaberunt se ipsi suprascripti et suis eredibus componere mihi vel ad pars predicte ecclesie quinquaginta auri solidos constanti-

nos. Et oc recolimus, ut si predicta molina opera perdiderit et macenare non potuerit, si fuerit generatione super anc terra, ego vel pars ipsius ecclesie imputemus nos exinde per ratione de ipso numerum quod inde tollere debemus ipso censum, quantum ipsa gente super ac terra fuerit, quod scripsi ego smaracdus notarius.

† ego iaquintus clericus et sculdais.

CMLXXVI.

A. D. 1041.

† In nomine domini vicesimo tertio anno principatus salerni domni nostri guaimari gloriosi principis, et tertio anno principatus eius capue et ducatus illius amalfi, quam et ducatus eius sirrentum [1]), mense aprelis, nona indictione. Ideoque nos alfanus de paternum filius quondam falconi, et landolfus, qui sumus pater et filius, sicut nobis congruum est bona nostre voluntatis per anc cartam ante ropfus, in cuius iudicium iudicandi de predicto locum in manum commissum est per ioannace castaldeo, et ibidem adessent alii subscripti testes, venumdedimus, atque ad semper abendum confirmo tibi iohanni presbiteri filii dicti iohanni presbiteri tote et inclite due pecie de terra vacibe pertinentem nobis per subcessione sursum in monte a supradicto locum paternum, ubi area fabrita dicitur; prima pecia per ec finis et mensurie: de super ipsa pars coniuncta fine de eredes iaquinti et ruscinei, inde sunt passi decem et octo: a pars septemtrionis fine de consortes nostros, inde sunt passi quadraginta quadtuor, de super fine de ipsi consortes nostri, inde sunt passi tridecim: a pars meridie descendente fine de germano et filio nostrum sunt usque priore fine passi quadraginta quadtuor. Secunda pecia ibique a super abet finis et mensuria: de subtus fine iohannis scaldafolia, inde sunt passi undeci et medium: a pars meridie fine garami, inde passi quadtuor: de super fine germani nostri, inde sunt passi decem: a pars septemtrionis fine de redes cazzocti, inde sunt passi quadtuor, totum mensuratum at iusto passu hominis. Ambo predicte pecie de terra per iamdicte finis et mensuria tota et inclite cum omnia infra se abentibus, et cum vice de via sua, illut tibi predicti iohanni pre-

[1]) Potius: secundo anno Sirrenti.

sbiteri venumdedimus, at securiter et firmiter amodo et semper tu et tuos eredes illut abendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum quod volueritis, absque omni contrarietate nostra et de nostris eredibus; unde a te subcepimus statutum pretium i sunt auri tari duo in omnis deliberatione, sicut inter nobis conbenit, finitoque pretium ipsum aput nos ea ratione, nos supradicti pater et filio per combenientie guadia tibi iohanni presbiteri dedimus, et mediatorem tibi posuimus maceras filius quondam marini; et per ipsa guadia obligamus nos et nostris eredibus amodo et semper defensemus tibi tuique eredibus tota et inclita suprascripta nostra vendictione da omnibus ominibus omnibusque partibus, cui per nos illut per nos et nostris eredibus datum, aut obligatum, vel manifestatum, aut per qualecumque ratione alienatum paruerit, vel qui per nostris et illarum pars et datum inde nobis nostrisque eredibus emiserint, aut preposuerint quodcumque causatione; de alii vero hominibus et partibus per nos ipsis inde siatis auctores et defènsores, cum omnibus moniminibus et rationibus que inde abere potueritis; et si taliter omnia suprascripta nos et nostris eredibus, tibi tuique heredibus non adimpleverimus et aliquit inde quesierimus remanere aut contrare, aut si quacumque causationes inde nobis preposuerimus, per supradicta guadia componere obligamus nos supradicti alfanus et landolfus, pater et filius, et nostris eredibus, tibi predicti iohanni presbiteri et ad tuis eredibus, aut cui carta ista in manum paruerit, decem auri solidos constantinos, et omnia suprascripta vobis adimpleamus: ego iamdictus landolfus omnia egit per absolutione supradicti genitori meus per supradicta guadia et obligata pena. Et taliter scribere rogavimus te petrus et notarius actum supradictum paternum finibus aput montem.

† singnum manus ropfi iudicis

† ego mirandus.

CMLXXVII.

A. D. 1041.

† In nomine domini vicesimo tertio anno principatus salerni domni nostri Guaimarii gloriosi principis et tertio anno principatus eius capue et ducatus illius amalfi, quam et secundo anno ducatus eius sirrenti, mense magio, nona indictione. Memoratorium factum a nobis petri, et iohanne, et benefacii, et amanda, germani et filii quondam maraldi, Eo quod

ante subscripti idoneis homines per convenientia, quam et per iussionem domni theodori venerabili episcopi, ad laborandum et pastinandum tradidi nobis cosmas abbatis monasterii sancti angeli et sancte sofie, constructi intus hanc salernitanam civitatem, inclita clusuria de terra cum arbusto et bacum uno teniente in pertinentiis suprascripto monasterio infra fines salernitana in locum campiliano, ubi maurintisi dicitur, per as fines et mensurias: de una parte fine via puplica; inde abet passi quadraginta duo; et de tribus partibus fine ipsius monasterii; et ab una parte abet passi quadraginta sex; et de tertia parte abet passi triginta duo; et de quartam namque parte similiter abet passi triginta duo mensurata ad passu iustum. Hec autem predicta terra per ipsis suis mensuriis cum vice de via sua nobis tradidi ipse cosmas abbas tali tinore, ut amodo et semper nos et nostros eredes illut teneamus, et fobee et omnes nostre utilitatis ibi faciamus iusta ratione, et ipso vacuum pastenemus arbustum de bono viteneo, et amodo et usque duodecim anni completi abeamus ipso vacuum pastenatum et surtum, sicut locus ipse de tantos annos meruerit, et tota ipsa tradictione annualiter apto tempore laboremus et studiemus de super et de subter, sicut meruerit, ut semper bonum pareat laboratum et cultatum, et qualiter perficiad et non disperead, et omni tempore unum de nobis ibi resideat, et clusum illut abeamus unde meruerit, et arbores et vites ibidem plantemus et propaginemus, ubi meruerit, ut semper ibidem perfectum arbustum abeamus vitatum et hoperatum, et semper de aire et de vindemie faciamus scire pars exdicti monasterii, ut ibi dirigat missum suum; et omnia que ibi seminaberimus, demus inde ibique ad area terraticum secundum consuetudinem de ipsum locum; et ipsum arbustum et poma que ibi abuerit, apto tempore faciamus salba et rationabiliter illut vindemiemus, et tota ipsa poma et vinum quod inde exierit, dividamus ibique ad palmentum per medietatem. Et ipsa sua medietas de ipso vinum reponamus ibique in organeum quod nobis assignaberit, quod per nos flad omni tempore ipsum organeum bonum studiatum et conciatum, et faciamus illut salbum, donec ipso vinum inde tollat, absque igne et gente pubblica; et palmentatica inde demus, sicut meruerit; et ipsum missum et ecuum suum nutrire, sicut iustum fuerit, et omnia faciamus in parte ipsius monasterii, qualiter faciunt alii cortesani qui de suis rebus retinunt, et omni tempore liceat pars ipsius monasteri perquirere, si non esset bona hoperata ipsa tradictione, et inde liceat pignerare usque ad legem; et quale tempore da ipsi duodecim anni in antea tenere voluerimus ipsa rebus, liceat nos inde exire cum nostra mobilia quod iustum fuerit, et ire ubi boluerimus. Tantum prius assignemus ipsa curte ad pars ipsius monasterii clusa et pastenata et hoperata, sicut supra diximus cum ipsum organeum salbum et cum reditum et palmentum. Unde in eo tinore per convenientia gua-

dia nobis, qui supra germani dedit una cum iohannes clericus advocatorem eiusdem monasterii ipse cosmas abbas, et mediatorem nobis posuit leo de candida filius quondam iohannis; et per ipsa guadia obligabit se ipse abbas et successores suos defensandum nobis ipsa tradictione da omnes homines in predicto tenore, et non querat illut nobis nostrisque eredibus tollere vel contrare; et si omnia suprascripta nobis non adimpleberit et aliquit inde nobis contradixerit, Tunc per ipsa guadia componere obligabit nobis ipse abbas et successores suos viginti solidi aurei constantini, quod scripsi ego qui supra iohannes clericus et advocator qui et scriba prefati monasterii.

† ΚΟϹΜΑϹ ΗΓΟΜΕΝΟϹ

† (κοσμας ηγομενος)

† Ego dauferius notarius me subscripsi

† Ego romoaldus me subscripsi.

CMLXXVIII.

A. D. 1041.

† In nomine domini vicesimo tertio anno principatus salerni domni nostri Guaimari gloriosi principis, et tertio anno principatus eius capue quam et ducatus illius amalfi, et secundo anno ducatus eius sirenti, mense magio, nona indictione. Ego Cosmas abbas monasteri sancti angeli et sancte Sofie, qui costructi sunt intus hanc civitatem salernitanam ad laborandum et pastenandum tradidimus petri, et iohannes, benefacii, et amandi, germani et filii quondam maraldi, de rebus pertinente suprascripti monasteri intra fine salernitana loco compilano, ubi proprio maceriatisi dicitur, et est ipsa tradictione terra cum arbusto et bacum uno teniente per as finis et mensuria: de tribus partibus fine exdicti monasterii et de una parte fine via puplica, abet iusta ipsa via passi quadraginta duo: et de alia parte abet passi quadraginta sex: de tertia parte abet passi triginta duo: et de quarta namque parte abet similiter passi triginta duo mensuratum ad passum iustum. Hec autem predicta traditione per ipsas mensurias cum vice de via sua ipsorum germani tradidimus tali tinore, ut amodo et semper ipsi germani et eorum heredibus illut debeat tenere, et fobee et omnis sue utilitatis ibi facere et abere iusta ratione, et omni tempore unum de ipsis ibidem residere et abitare, et amodo et usque duodecim anni abeant totum ipsum vacuum pastenatum et surtum arbustum bonum de bono vitineo, sicut locus ipse de tantos annos me-

ruerit, et annualiter apto tempore tota ipsa tradictione laborare et studiare de super et de subter, ut semper bonum et bonum et perfectum paruerit laboratum et studiatum, et qualiter cotidie proficiand et non dispereant, et arbores et vites ibidem plantarent et propaginet, ubi meruerit, et clusum illut abeant bonum, et semper de arie et de vindemie faciant scire pars ipsius monasteri, ut ibi dirigat missum suum, et de omnia que ibi seminaberunt, deant inde ibique ad area terraticum secundum consuetudinem de ipsum locum; et ipsum arbustum et poma que ibi abuerit, apto tempore faciant salba, et rationabiliter illut vindemient, et omne vinum quod inde exierit, et ipsa poma ibique ad palmentum dividant per medietatem, et ipsa nostra medietas de ipso vinum ibique reponant in domum suam in organeum nostrum, qnod per eis flad semper bonum studiatum et conciatum et salbum ipsas faciant, absque gente publica et igne, dum inde tollant illut pars ipsius monasteri et palmentatica inde deant. *Sequitur textus ut in praecedenti.*

† ego iohannes clericus et advocator qui et scriba prefati monasteri subscripsi

† ego romoaldus me subscripsi

† ego dauferins me subscripsi.

CMLXXIX.

A. D. 1401.

† In nomine domini vicesimo tertio anno principatus salerni domni nostri guaimari gloriosi principi, Et tertio anno principatus eius capue et ducatus amalfi et sirrenti, mense agustus, nona indictione. Memoratorium factum a me petrus filius quondam petri, eo quod ante subscripti testes per combenientia ad tenendum et lavorandum tradidi ademarii clericus et diaconus filius quondam iohanni, et iohannes filius quondam malfreda qui sunt abitatori de locum nucerie, Una clusuria de terra mea cum arbusto et bacuum in iamdictum locum nucerie, ubi balneum dicitur, subtus et propinquo bia que pergit in ec cives salernitane, que est per hec finis et mensurie. A pars orientis fine bia publica, sunt inde passi quadraginta octo et palmi tres. A parte meridie fine media sepe, sunt ab intus ipsa rebus erga ipsa sepe passi biginti unum et medium. Ab occidente fine sicut media sepe discernit, sunt ab intus ipsa rebus erga ipsa sepe passi biginti, et rebolbente in ipsa pars occidentis passi quinquaginta quattuor usque in alia via publica, que est in

ipsa pars occidentis, et iterum rebolbente in pars septemtrionis fine ipsa via et sepe, sunt ab intus ipsa rebus iusta ipsa sepe passi biginti nobem et gubitum unum, et ab ipsa pars septemtrionis relaxante ipsa via et pergente in pars orientis erga sepe et muro betusto inde passi sexaginta septem, et iterum rebolbente per capite de ipso muro et sepe de ipsa pars occidentis passi quinque, et iterum rebolbente quasi in pars orientis usque in ipsa que est priore fine, passi decem : totum mensuratum ad iusto passum ominis et ex omni parte predicta rebus coniuncta est ad fine meaque petri ; hec vero rebus per iamdicte fines et mensuras, sicut diximus, inclitum illut ipsorum ademari et iohannes tradidimus. Tali ordine, ut amodo et usque biginti nobem anni completi ad illis et ad illorum eredibus esset potestatis illut tenere et dominare, fobee et omnis illorum utilitatibus iusta rationem ibidem facere et, ubi meruerit, illut cludere, et ubi bacuum abet infra ipsa mensurias, ubi meruerit, arbores et vites ibidem pastenare et propaginare bonum, et ubi meruerit, etiam et pomas, et totum illut amodo et usque ipso constitutum per omnis annos lavorare et cultare de super et subter, sicut meruerit locus ipse, ut semper in melius proficiant et non dispereant, et bonum pareat lavoratum, et cultatum, et surtum, Curam et vigilationem inde abere et salbum illut facere, sicut meruerit, et pro tempore de vindemie amodo et usque ipso constitutum per omnis annum illis vel illorum eredibus faciat me vel meos eredes illis scire, ut ibidem dirigamus missum nostrum, et illis totum ipsum arbustum bindemiare, et vinum ipsum ad palmentum procurare, et de omnis vinum et poma quam inde exierit, tollamus inde medietatem, et illis medietatem. Sortionem nostram de ipso vinum illis vel illorum eredibus per omnis annum illut nobis adducat ad cellarium nostrum de eodem loco nucerie et mittet illut in organeum nostrum , quod eorum adsingaverimus, et illis ipso organeum adiubet conciandum et studiandum, sicut meruerit; et dum per vindemie ibidem fuerit ipsum missum nostrum , illis eum notrire secundum illorum possivilitate, et dare nobis palmentaticum per omnis annum galline due; et de quod per antea ibidem seminatum fuerit , deant inde nobis terraticum , sicut consuetudo est per ipso locum, et dederunt illis mihi amodo per ipsa tradictione sex auri tari boni in oc ordine, ut quando ego vel meos eredes infra ipso constitutum ipsa tradictione ab illis recolligere noluerimus, potestatem abeamus et pro ratione inde reddamus eorum de ipsi tari , sicut quantum tempus ipsa tradictionem tenuerimus , sicut inde illis sivi imputaret : tantum liceat illis vel illorum eredes inde excutere illo tempore omnis illorum lavorem quod in ipso anno ibi fecerit, et omnis illorum mobilem, et sicut rebus ipsa cultata et surta, sicut de tantos annos et locus ipse meruerit, nobis remittant, faciendum quod voluerimus; et si illam usque ipsi biginti nobem anni tenuerit, abeamus nos secu-

riter ipsi tari ad completo ipso constitutum inclita ipsa rebus cultata et surta remittere ad nostram potestatem, et liceat illis inde exire cum omnis illorum mobilem. Et quale tempore amodo et usque ipso constitutum rebus ipsa tenere et lavorare noluerit, aut non potuerit, similiter inclita ipse rebus mihi vel ad meos eredes remittere salba laborata et studiata, faciendum quod voluerimus, et retdamus ei de ipsi tari pro rationem, sicut supra legitur, et liceat illis inde excutere omnem illorum mobilem. Unde in eo ordine per bona combenientia guadia mihi ipse ademari et iohannes dederunt et mediatorem mihi posuerunt se ipsis, quia sicut inter nos combenit, et per ipsa guadia obligavit se et illorum eredibus, ut si taliter omnia suprascripta per supradicto ordine nobis non adinpleverint et aliquid inde contradixerint, per ipsa guadia per combenientia Componere obligavit se ipse ademari clericus et iohannes, et illorum eredibus, mihi meique eredibus biginti auri solidis constantinis, et, sicut dictum est, adimplere, et unc brebem scripsi ego petrus notarius.

† Ego grimoaldus me subscripsi

† Ego alderissi notarius me subscripsi.

CMLXXX.

A. D. 1041.

| In nomine domini vicesimo tertio anno principatus salerni domni nostri Guaimarii gloriosi principis, et tertio anno principatus eius capue, quam et ducatus illius amalfi et sirrenti, mense augusto, nona indictione. Ego petrus monachus et abbas monasterii sancti angeli et sancte sofie, eo quod ante subscripti idoneos homines per convenientia, quam et una cum iohannes clericus advocatum nostrum ad laborandum tradidimus petri filii quondam silbi, et nicolam genero eius, et petri filio quondam ferrandi inclite terris bacibe, que sunt pertinentes suprascripti monasterii a foras hanc salernitanam civitatem, illa parte flubio lirini in pede de monte betrano, qualiter antea per brebem ipse terre tenuere; taliter ipse modo eorum tradidimus taliter, ut amodo ab isto mense hoctuber proximo benturo et usque quinque anni completi ipsi prenominati et eorum eredibus illut debeant tenere, et fobee et omnes sue utilitatis ibi faciant iusta rationem, et annualiter ipse terre licead laborare, et cultare, et seminare, sicut meruerit, et omnes vel quacumque causa inde

abere vel tollere potuerit, et omnes fruges que ibi fecerint, totum illut sivi abeant, quia pro censum de ipse terre modo dare nobis viginti quadtuor tarenos aureos bonos, et per omnis annum de isto mense hoctuber debunt dare in parte suprascripti monasterii similiter viginti quadtuor tarenos aureos bonos, ut sine iuncta vadant: a completi ipsi quinque anni liceant ipsi prenominati et eorum eredibus, et homines qui ibi miserint, liceat illis inde exire cum causa sua mobilia sine dationem, et ipse terre relaxent in parte suprascripti monasterii. Unde in eo tinore per convenientia guadia nobis dederunt, et fideiussorem nobis posuerunt seipsis prenominatos; et per ipsa guadia obligavit se et suis eredibus, ut si omnia suprascripta non adimpleberint in parte exdicti monasterii et aliquit inde contradixerint, Tunc per ipsa guadia componere obligavit seipsis prenominati petrus, et nicola, et petrus, et suis heredibus in parte exdicti monasterii viginti solidi aurei constantini, quod scripsi ego qui supra iohannes clericus ed advocator qui et scriba prefati monasterii.

† Ego alderisi notarius me subscribsi

† Ego petrus me subscripsi.

CMLXXXI.

A. D. 1041.

† In nomine domini vicesimo quarto anno principatus domni nostri guaimari, et quarto anno principatus eius capue, et tertio anno ducatus eius amalfi et sirrenti, glorioso principe, mense sebtember, decima indictione. Ego iohannes abbas monasterii sancte sofie, qui a nobo fundamine construxit guaiferius comes in rebus sua intus cibes salerno in locum nucerie, ante subscripti testes coniunctus sum cum stephanum presbiter filium quondam donati presbiteri plurime causationes, quod cum illut abuit, de due pecie de terra cum insititum, quod pars nostri monasterii abet in finibus nucerie, ubi corbarum dicitur: prima pecia, ubi dicitur a lu labellum, et alia pecia, ubi dicitur a lu megarum. Unde ipse stephanus presbiter dixit, ut inde abere carta da partibus nostri monasterii et modo nobis ipsa carta negabit et dixit, ut inde non abere, ut ostendere poteret. Unde modo combenientibus inter nobis donabit inde ei ipsa compositione et omnis calumnie, unde querere potuerit inter ipsa rebus per subsceptum launegilt. Et ille pro taliter per vona combenientia re-

misit nobis ambe suprascripte pecie de terra cum insititum de suprascriptis locis a lu labellum et a lu megarum, qualiter ipse guaiferius comes dominaturus et possessurus fuit per successionem de gradum parentum totum et inclitum illut nobis remisit, faciendum ego et meis subcessoribus et partibus ipsius nostri monasterii omnia quod voluerimus. Unde pro taliter per combenientia guadia michi ipse stephanus presbiter dedit et fideiuxorem michi posuit mastalus clericus filius quondam disigii; et per ipsa guadia obligavit se et suis eredibus, quod si taliter omnia suprascripta nobis nostrisque subcessoribus non adimpleverint et aliquit exinde contradixerint, per ipsa guadia obligavit se et suis eredibus componere nobis nostrisque subcessoribus, vel at partibus ipsius monasterii, seu cui hoc scriptum in manum paruerit, quinquaginta tari solidos constantinos et suprascripta nobis adimpleret, quod scripsi ego petrus protonotarius.

† Ego petrus clericus et notarius me subscripsi

† Ego iohannes.

CMLXXXII.

A. D. 1041.

† In nomine domini vicesimo quarto hanno principatus domni nostri guaimarii eius salerni, et quarto anno eius capue, et tertio anno ducatus eius amalfi et sorrento, glorioso principe, mense september, decima indictione. Ideoque ego mulier nomine mari filia quondam falconi, et que primis fuit uxor quondam marino, qui fuit filius iohannis bassi, et modo sum uxor garofali de locum iorolanum clarefacio, quoniam a pars ipsius . . . nucerino qui fuit priore viro meus, michi pertinet abere quarta parte qua . . . michi pertinet abere et tradita michi fuit per ipso nucerino viro meus in die nostre copulationis; et ideo ego nominata mulier vona mea voluntate per anc cartam ante presentia petri iudici et alii . . . tota et inclita ipsa quarta mea portione de cunta: . . . que fuit ipsius nucerino priori viro meus, monte, plano, mobile et immobile, et de casis intus firmitatibus nucerie, totum et a funditus ipsa quarta parte sicut ad potestate istius garofali posteriore viro meus, faciendum inde omnia, quomodo et qualiter ei placuerit, sine omni mea et de meis heredibus, aut cuiquam hominibus a nostris partibus contrarietate vel requisitione, unde per ipsa mea donatione et traditione, quod ei dedit et tradidit ad potestate istius garofali viro meus per combenientia erga mea exsen-

dum combocabi petrus et bassum, qui sunt filii meique nucerino priore viro meus in me geniti et creati abuit, et una cum ipsi predicti filii et mundoaldi mei et per absolutione ipsius garofali viro meus, in cuius mundio ego iaceo, pro pars et vice istius garofali guadia nos qui supra mater et filii dedimus iohanni filio quondam bernardi de locum turricli, et mediatore ei posuimus petrus filius quondam sellicti de locum nucerie; et per ipsa guadia per combenientia obligavimus nos mater et filii et meis heredibus antistandum e defensandum istius garofali, et ad illius heredes, da omnis homines omnique partibus i iamdicto ordine; quod si omnia, ut superius dictum est, per iamdicto ordine illut tibi tuique eredibus non defensaberimus, aut si nos vel nostris eredibus illut vel exinde tibi tuique heredibus tollere aut contrare quesierimus, quomodocunque aut per qualecunque inbenta ratione, per ipsa guadia obligavimus nos et nostris heredibus ad componendum ipsius iohanni, cui nos guadia dedimus pro parte ipsius garofali vel ad illius heredes, seu cui unc scriptum vice sua in manum paruerit, viginti auri solidi costantini, et taliter scribere rogavimus te iohannes notarius in actum nucerie.

† Ego qui supra petrus

† Ego machenolfus.

CMLXXXIII.

A. D. 1041.

† In nomine domini vicesimo quarto anno principatus salerni domni nostri Guaimari, et quarto anno principatus eius capue, het [1] ducatus eius amalfi seum sorrenti, mense september, decima indictione. Ideoque ego iohannes filius quondam maghenolfi, quam et ego mulier nomine gemma filia quondam iohanni et uxor sum istius iohanne, et abitantes sumus in eodem loco nucella, clarefacimus nos iamdicti vir et uxor abere rebus in eodem loco nucella, ubi hipsa gructilla dicitur, et congrum est nobis iamdicti vir et uxor exinde bindere una peciola had stefanum filium quoddam martini per as fines: da oriente saliente per ipso. . . . . a septemtrione fine risi, et descendendo da occidente per ipso lubone : da pede per ipso lupone qui est de super ipsa bia. Ec' vero iamdicta peciola de terra per iamdicte

---

[1]) Tertio anno.

finis predicto stefano illut retradidimus hante idoneis subscripti hominibus, per anc cartulam benundamus atque ad semper abendum confirmamus tibi nominato stefanu, ad securiter et firmiter amodo et semper tu tuique eredibus illud abendum, dominandum, possidendum et omnia inde faciendum que tibi tuique eredibus placuerit, cum omnia intro se habentes et bice de biis, et pro firmam stabilitate recepimus a te iamdicto stefanu aurei tari octo in omni finitione, sicut inter nos stetit. de qua per combenientia nos iamdicti vir et uxor guadia tibi nominato stefanu dedimus, et mediatorem tibi posuimus radoaldu filium quondam maranci; et per ipsa guadia obligamus nos iamdicti vir et uxor et nostris eredibus, ut defensemus tibi predicto stefanu et da tuis eredes cunta suprascripta rebus per supradicte finis da omnes omines ab omnique partibus; et quando per bos ipsos inde bolueritis esset autores et defensores, bice nostra licentiam habeatis cum omni monimine, vel rationem quas inde abere potueritis. Quod si ec omnia suprascripta per supradicto hordine tibi tuique eredes non adimpleberimus, et remobere vel contrare aliquit inde boluerimus per qualibet ingenio aut rationem, per ipsa guadia obligamus nos iamdicti vir et uxor et nostris eredibus biginti solidi aurei costantini, et cunta suprascripta omni tempore firmum et stabilem permaneat aput bos per supradicta guadia et iamdicto mediatore, et taliter scribere rogabimus te grimoaldu clericus et notarius de actu cilento feliciter.

† ego ademari clericus

† ego iohannes clericus.

CMLXXXIV.

A. D. 1041.

† In nomine domini hanno vicesimo quarto principatus salerni domni nostri guaimari glorioso princeps, et quarto anno principatus eius capue, quam et tertio anno ducatus illius amalfi et sirrentum, mense octuber, decima indictione. Ideoque hego stefanus qui dicitur fusculum, filius quondam mari qui fuit de cicola, et qui sum commanenti in eodem locum barvaianu pertinentia nucerie, et qui fuit affiliato quondam petri clerici, clarefacio ego iamdictus stefanus, quoniam pro firma carta affiliationis a parte ipsius predicti petri clerici socero meus mihi est pertinentes avere una pecia de terra cum arbustis vitatis et cum alia pomifera, quod abemus in eodem locum barvazanum, ubi proprio rusticiano vocatur; et ideo

ego iamdictus stefanus quam et ego petrus, qui sumus amboque socerum et generum et filii quondam petri, de sicut nobis congruum est, vone nostre voluntatis per anc carta ante vonorum ominibus qui subter scripti sunt, benumdedimus, ideoque ad semper avendum confirmavimus tivi miri iudici filio quondam mirandi clerici inclita ipsa iamdicta pecia de terra cum arbustum et cum alia pomifera, quod avemus in eodem locum rusticianum . . . . , tamen ipsa iamdicta pecia de terra de duobus partibus, que est a meridie et ab occidente fine via publica, sunt inde passi octuaginta unum: ad oriente fine de eredes achenardi, sicut inde sepe discernit, sunt inde passi sexaginta duo: a septemtrione fine de consortibus nostris, inde avet passi quinquaginta: tota suprascripta mensurata ad iuxto passu omini mensuratum; ec vero predicta pecia de terra de predicto locum per supradicte finis et mensuria, cum omnia infra se aventibus ominibusque suis pertinentiis, et cum bice de ipse vie inclita medietate in pars occidentis nos qui supra stefanus et petrus tivi nominato miro iudici benumdedimus; unde de ipsa iamdicta medietate ipsa predicta, sicut diximus, a parte occidentis coniunctum ad ipse vie, nec nobis qui supra stefanus et petrus socerum et generum, nec quarte regarde uxori mee, qui supra stefanus, et neque quarte sikelgaite uxori qui supra petrus, nec ad nostris eredibus, vel in quavis partibus nulla exinde rextitit, nec dicimus inde remanere sortionem, set, sicut diximus, inclita medietate predicte mensurie tivi qui supra miro iudici integrum benumdedimus, ad securiter et firmiter amodo et semper omni tempore tu qui supra miro iudicem, quam et tuis eredibus, illut eos avendum, dominandum, possidendum, exinde faciendum quod volueritis, sine omni nostra qui supra stefanus et petrus, seu de ipsis uxoribus nostre, vel de nostris eredibus, aut cuiquam ominibus contrarietate vel requisitionem. Unde pro confirmanda et staviliscenda supradicta nostra vindictionem, nunc a presentis nos qui supra stefanus et petrus in communiter recepimus a te qui supra miro iudice hemtori nostro statutum pretium, idest aurei tari boni numerum viginti quadtuor in omnis deliberatione, sicut inter nos combenit, finitum est pretium ipsum aput nos ea ratione. Unde pro taliter per vona convenientia a nos qui supra stefanus et petrus guadia tivi qui supra miro iudici dedimus, et mediatorem tivi posuimus petrus filius quondam romoaldi et nos ipsis; et per ipsa guadia obligamus nos et nostris eredibus amodo et semper omni tempore antistandum et defensandum tivi tuique eredibus inclita supradicta nostra vindictione ha omnis homines omnique partibus, et cum bice de vie sue. Et quando tu qui supra miro iudicem et tuis eredibus per vos ipsis volueritis inde exet auctores et defensores, licentiam et potestatem aveatis vice nostra, cum ista carta et cum omnis alia monimine et ratione quas inde avere potueritis, omnimodis inde causare et finem facere, qualiter melius potueritis, et ipsa rebus nobis defensetis; nam, quando nos et nostris ere-

dibus quesieritis inde avere auctores et defensores, nos aut nostris eredibus semper illut tu tuique eredibus defensemus da omines omnique partibus, seu et de pars ipsius uxori mee et cum bice de ipse bie; quod si taliter, ut superius legitur, illut tivi tuique eredibus non defensaverimus, aut si nos, seu ipse uxoribus nostre, vel nostris eredibus, quomodocumque pro qualecumque ratione illut vel exinde tivi tuique eredidus tollere aut contrare quesierimus pro quavis rationibus, ideo per supradicta guadia obbligamus nos et nostris eredibus ad componendum tivi qui supra miro iudicem et ad tuis eredibus, seu cui cartula ista vice nostra in manu paruerit, biginti solidos aurei constantiniani, et questio et causatio nostra et de nostris eredibus adversus vos et vestris eredibus sit exinde tacita et vacua, et, sicut superius legitur, illut vobis defensemus et omnia vobis vestrisque eredibus adimpleamus per supradicta guadia et obbligata pena, quam te henim truppoaldus clericus et notarius scrivere rogavimus, actum uius nucerie.

† Ego amatus

† Ego iohannes.

CMLXXXV.

A. D. 1041.

† In nomine domini vicesimo quarto anno principatus salerni domni nostri Guaimari gloriosi principis, et quarto anno principatus eius capue, et tertio anno ducatus illius amalfi et syrrenti, mense nobember, decima indictione. Memoratorium factu a me alferus diaconus et archipresbiter et abbas ecclesie sancti maximi, qui sum unus de domini ipsius ecclesie, Eo quod ante ydoneis hominibus per conbenientia tradidi iaquinti, et petri, et iohanni, germani filii quondam sillicti, rebus pertinentem ipsius ecclesie sancti maximi, que est terra cum arbustis vitatis et abellanientum, seu parvis et aliis arboribus uno tenientem, quod pars ipsius monasteri abet in locum nucerie, ubi proprio aiella puteo reiente dicitur, per as fines et mensuras. A parte septemtrionis fine bia publica, unde aqua decurrit, que descendit da la forma, sunt inde passi nonaginta nobem. A pars orientis fine bia et fine de eredes cotunii, sicut media sepe discernit, inde passi centum decem et nobem. De super a parte meridie fine sicut medio poiu discernit, sunt inde passi sexaginta unum et medium, et abinde rebol-

bente in parte meridie per medio poiu sunt inde passos septuaginta. Iterum de super a meridie fine unde antiquitus via fuit, inde passi quinquaginta sex. A pars occidentis abet passi nonaginta octo, et abinde revolbente in pars occidentis passi quadtuordecim, et abinde revolbente in pars orientis passi quinque et medium, et abinde revolbente in pars septemtrionis et coniuniente se ad ipsa bia unde ipsa haqua decurrit, que est priore fine, abet inde passi septuaginta octo, totum mensuratum ad iusto passum hominis per istas fines et mensuras parentes illorum et illis per alii brebi illut tenuerunt ad laborandum a parte ipsius ecclesie, sicut ipsi brebi sunt continentes, quod per partes inde abemus. Et, sicut hutrumque conbenit, modo per isto brebem illut eorum tradidi, sicut diximus, Tali ordine, ut amodo et semper ad illorum et de illorum eredibus, natos nascentes, sint potestatis illut tenendum et dominandum, et fobee et omnis sue utilitatis faciendum iusta ratione, et totis arbustis de ipsa tradictione annualiter apto tempore laborarent, et, ubi meruerid, arbores et vites plantarent et propagines, ubi meruerit, traiere et surierent, et sic totum ipso arbustum indeque annualiter laborare et studiare, ut semper in melius proficiant, et non dispereat, et bonum paread laboratum et cultatum, et totum ipso abellanietum, que est in ipsa tradictione, similiter annualiter studiare et cultare, ut semper in melius proficiad et non dispe-read, et bonum pareat studiatum et cultatum, et circoitum ipsa curte semper clusam haberent, curam et vigilantia inde abeant, et salbum illut faciat iusta rationem. Et per tempore de vindemie et de abellane colliendum scire faciant me meique successoribus, vel pars ipsius ecclesie, ut illuc pergamus aut dirigamus missum nostrum, et illis totis arbustis de ipsa tradictione suis temporibus vindemiare et vinum ipsum ad palmentum procurarent, et omnis poma exinde, aliorumque arborum fruies, indeque et abellane exinde suo tempore colliierent, et ipse avellane seccare, vel si castanee ibi fuerint, et de omnis vinum et poma, et abellane, aliorumque arborum fruies indeque, quas inde exierit, inclita medietate ibique inde daret in pars ipsius ecclesie, et reliqua medietate inde sivi haberent, per partes faciendum quod voluerimus. Tantum de ipsum vinum ipsius ecclesie hoc inter nos stetit, ut usquequo normanni tenuerint comitatu nucerie, sicut modo retinunt, demus illorum nos vel pars ipsius ecclesie organea da vinum ad casis illorum de ipso locum nuceria in ipsa rebus, ubi modo abitant, et illis ipsa organea bona conciarent, et reponere in ipse casis sue ipsa horganea cum ipso vinum ipsius ecclesie, et faciant annualiter illut salbum, donec pars ipsius ecclesie illut inde tollant absque degeneratione et ignem; et si dei fuerit voluntas, et normanni non teneant in comitatum ipsa terra nuceria, sicut modo retinent, statim faciant in ipsa predicta rebus ipsius ecclesie una casa bona clusa cum tabulis et composita cum scandole bona, sicut meruerit, et semper clusa et coperta bona illam habe-

re, et organea ipsius ecclesie cum ipso vino quod exierit da ipsa tradictione, semper ibi ponere et aberent salvum, sicut prediximus, annualiter, donec illut inde tollamus, et talis sit grande ipsa çasa per illis ibi factam, ut cellarium da ipso vinum reponendum portamus ibi abere que de supradicta tradictione exierit: etiam et possamus ibi alipergare, quando illuc perreximus ego predictus abbas meique successoribus, seu pars ipsius ecclesie cum ominibus et equis nostris, quod nobiscum portaberimus, quam et faciant illis ibi alium reditum propinquo ipso cellarium, et ponere ibidem hominem bonum ad abitandum, qui cotidie ibi resideant, et vigilent ipsa rebus, et salbum faciad ipso vinum ipsius ecclesie annualiter, donec illut inde tollamus absque degeneratione et igne; et quando per annum illuc perrexero ego nominatus abbas meique successoribus, seu pars ipsius ecclesie per ipso vinum et alia frudia indeque recipiendum, vel per aliquo nostro necessario, illis nos notrirent, sicut meruerit et illorum fuerit possivilitatem, ipsi equi nostri notrirent ad ordeum et palea, seu erba, sicut decet et illorum fuerit possivilitatem, et quicquit per annum ibi seminaberint, totum illut sivi haberent, tantum terraticum inde darent ibique ad area intus ipsa rebus ad missum de partibus ipsius ecclesie, quocumque tempore voluerit facere molinum infra iamdicte curte, potestatem abead pars ipsius ecclesie arcaturia ibi fodere, et sedimen et redita et omni ordine de ipsa molina ibi ponere, et facere, et abere, sine illorum contrarietate; et si voluerint illis in ipsa curte facere fosarium ad molinum curandum, potestatem abeant et iusto fosaticum inde dare ibique in pars ipsius ecclesie secundum consuetudo de ipso locum, et stetimus, semper defensare illorum suorumque eredum inclita suprascripta nostra tradictione ab omnibus hominibus omnique partibus: preter, quale tempore illut tenere et laborare noluerit, aut non potuerint, inclita supradicta tradictione per iamdicte finis et mensuria, operata et cultata de perfectis arbustis vitatis et pomis et de perfectum abellanietum, studiatum et cultatum, seu si aliis arboribus fructiferis, remittant illut in pars predicte ecclesie cum ipso cellarium, quod ibi facere steterunt clusum copertum, sicut meruerit, et cum palmentum quod ibi abuerit, que sit copertum bonum, et etiam semper ipso palmentum copertum et abeant, donec illis ipsa rebus tenuerit, et tota organea et alia causa ipsius ecclesie, quas ibi abuerit, totum illut remittant in pars ipsius ecclesie, et licead illis et suis eredibus et ipsum hominem, quod ibi posuerit ad avitandum et vigilandum, inde exire cum omni illorum causa mobilia, et pergant ubi voluerint. Unde in eo hordine per combenientia guadia mihi dederunt ipsi germani iaquintus, et petrus, et iohannes, et mediatorem mihi posuerunt ademari filium quondam petri rocci, ut si taliter omnia suprascripto hordine illis et suis eredibus in pars ipsius ecclesie non adimpleberint et aliquit inde contradixerint, componere obligaberunt se illis et suis here-

dibus, natos nascentes, nobis nostrisque successoribus, vel in pars ipsius ecclesie, biginti aurei solidi constantini. Quod scripsi ego myrandus notarius.

† Ego romoaldus me subscripsi .

† Ego alderissi notarius me subscribsi.

CMLXXXVI.

A. D. 1041.

† In nomine domini vicesimo quarto anno principatus salerni domni nostri guaimari gloriosi principis, et quarto anno principatus eius capue, et tertio anno ducatus eius amalfi et sirentum, mense nobember, decima indictione. Memoratorium factum a me iohannes filius quondam alfani de locum selecta, Ante presentia ursi abbati de ecclesia sancti mathei de intus ec cibes pertinentia de eredes romoaldi castaldi tradidit mihi petrus presbiter filius leoni de rebus predicte ecclesie quod abet in locum selecta, ubi a la congna dicitur, quod ipsi petrus in beneficio retinet a parte predicte ecclesie, et est terra cum binea et arbustum et est per finis et mensuria; a pars septemtrionis fine bia, inde passi centum octuaginta sex: A pars orientis fine alia bia, inde passi centum septuaginta duo: A pars occidentis fine alia bia, inde passi centum octuaginta nobem et gubitum, totum mensuratum ad iusto passum omini; de ec vero rebus infra predicte finis et mensuria tradidit mihi ipse petrus de quantum ibidem inde in beneficio retinet, sicut terminatum est inter ista tradictione et fine de illut quod ad beneficio retinet infra predicte finis rigale presbiter a pars predicte ecclesie, tali ordine illut mihi tradidit, Ut amodo et usque decem anni completi ego et meos eredes illut teneamus nostre potestatis, et fobee et omnis nostre utilitatis ibi facere iusta rationem, et ipsa vinea per omnis annum usque ipso constitutum abto tempore laborare, scalciare, propaginare, impalare, legare, zappare, et, ubi meruerit, incannare et zappare, seu et ipso arbustum per omnis annum abto tempore laborare de super et de subter, quale meruerit, et illut propaginare et, ubi meruerit, arbores et bites de bono bitineo ibi pastenare, Ut proficiant et non dispereant tota ipsa tradictione et, ubi meruerit, illut cludere et clusum salbum illut abere, ut totum per omnis annum bonum paread laboratum et cultatum et salbum, et per omnis annum usque ipso costitutum seminemus quale semente boluerimus; et si in ipsa binea seminaberimus, demus inde illorum terraticum de sex modia unum et pro tempore

de aire faciamus illis scire, vel pars predicte ecclesie, ut ibi dirigat missum suum et nos ipsi labori recolligere . . . . . . et illut tritulemus, et tertiam partem ibi illorum demus de ipso arbustum, et per omnis annum pro tempore de bindemie. . . . . . . scire, Ut ibi dirigat missum suum, et nos ipsa tradictione abto tempore bindemiare ibique ad palmentum, et medietatem ipsius . . . . . . et medietatem nobis abeamus sortionem illorum de ipso binum nos illut reponamus in organea bona, que nobis dederit . . . . organea bona siant conciata et studiata, et ipso binum salbum faciamus, dum illut ibi abuerit, absque degeneratione et ingne, et ipsa organea cum ipso binum reponamus in casa que modo ibi est, poma et insites indeque suo tempore illut colligamus, et ipse insites seccemus et medietatem de ipse insites et de ipsa poma ei demus, missum illorum, dum ibi steterit per ipso bino et per ipso terraticum recipiendum, nos eum notrire secundum nostra possibilitate, et amodo usque quinque anni assignemus illorum ibi palmentum factum bonum, sibe lingnitio, sibe frabitum ad ipso constitutum de ipsi decem anni inclita ipsa tradictione operata et surta, qualiter supra legitur, et ipsa casa conciata, et ipsa organea, et ipso palmentum remittamus ad eorum potestate. De qua per combenientia guadia mihi ipse petrus dedi, et medietatorem mihi posuit malfreda faber filius (*deest nomen*); et per ipsa guadia obligavit se ipse urso abbas et subcessores suos, ut amodo et usque ipso costitutum inclita ipsa traditione defensare nobis cum bice de bia sua da omnis omines. Et si taliter omnia suprascripta ipso abbas et subcessores suos nobis non adimpleberit et de suprascripta aliquid contradixserint, per ipsa guadia per combenientia componere obligavit se nobis ipse abbas et subcessores suos viginti aurei solidi constantini, quod scripsi ego romoaldus notarius.

† Ego ursus presbiter et abbas

† Ego grimoaldus me subscripsi.

CMLXXXVII.

A. D. 1042.

† In nomine domini vicesimo quarto anno principatus salerni domni nostri guaimarii gloriosi principis, et quarto anno principatus eius capue, et tertio anno duçatus eius amalfis et sirrenti, mense ianuario, decima indictione. Memoratorium factum a me alferius diaconus archipresbiter et abbas ecclesie sancti maximi, que sita est intus anc salernitanam

civitatem, eo quod ante subscripti testes ad tenendum et pastenandum tradidit ad iaquintus de locum nuceria filius quondam iohannis, et disiio filio petri presbiteri de eodem loco, de res pertinente ipsius ecclesie, Una pecia de terra bacua in eodem loco nucerie propinquo ecclesie sancti petri per as fines et mensuras: A parte orientis fine bia puplica, passi triginta septem minus gubitum: A meridie similiter, fine bia, passi triginta quinque et gubitum unum: A pars occidente fine ipsius ecclesie passi octo et medium et gubitum: A septemtrione fine ipsius ecclesie quod retinuit iohannes sirrentinus da pars ipsius ecclesie passi undecim, et da inde revolbente in pars septemtrionis passi octo et medium et gubitum per eodem finem, et abinde rebolbente in parte orientis passi decem minus gubitum et palmum, et da inde revolbente in pars septemtrionis passi decem et nobem, et da inde rediente per eadem finem usque iamdicta via passi quattuordecim, totum mensuratum ad iusto passum ominis: per iamdictas fines et mensurias inclitum illut ipsorum iaquinti et disiio tradidimus, Tali tinore, ut amodo et semper, natos nascentes, ad illis et ad illorum heredibus sint potestatis illut tenendum et dominandum, fobee et omnis illorum utilitatis iusta rationem ibidem faciendum . . . . cludere et salbum illut facere, sicut meruerit, et licentiam illis habeant omines ad lavorandum ibidem mittere, qualiter eorum placuerit. et totum illut pastenare abellanietum, sicut meruerit, et quante nucelle inde exierint amodo et usque octo anni completi, tote et ille illis sivi abere et nullam inde in pars ipsius ecclesie dare, et in completi duodecim anni abeant illis et illorum eredes tota ipsa tradictione pastenata et surta de vono abellanietum, sicut de tantos annos locus ipse meruerit, et de inde in antea omni tempore eadem res illis et suis eredibus tenere et dominare, et lavorare de super et de subter, sicut locus ipse meruerit, ut proficiant et non dispereant et bonum pareat lavoratum, et da ipsi octo anni in antea per omnis annum illis et suis eredibus tote ipse abellane colligere et seccare in domus illorum, et faciant illis per omnis annum scire pars ipsius ecclesie, ut illuc dirigat missum suum, et illis tote ipse nucelle dividere in tres sortis rationabiliter: pars predicte ecclesie tollat inde ibidem tertiam partem, et illis due sortis. Missum autem ipsius ecclesie, dum ibidem steterit pro ipse abellane recipiendum, illis eum notrire secundum illorum possivilitatem, et de quod per annum in ipsa rebus seminatum fuerit, deant inde amodo et semper iusto terraticum in pars ipsius ecclesie, sicut consuetudo est per ipso locum, et quale tempore da ipsi duodecim anni in antea rebus ipsa tenere et lavorare noluerint in predicto ordine, inclita ipsa rebus iusta de vono abellanietum remittere in pars predicte ecclesie, et liceat illis et illorum eredes inde exire cum omnis illorum mobilem. Simulque, et si de ipsa terra exierint pro aliubi ad avitandum, aut si talem fecerint culpam, unde ad

palatium cecidere devuerint, et si infra tribus anni in ipsa terra redierint et noluerint illut recolligere, potestatem abeant, et si lavoratum illut inbenerint, liceat ille qui eos lavoraverint, inde recolligere ipso frudium ipso anno et sic, ut rebus ipsa recolligant in iamdicta ratione. De qua per combeniantia guadia mihi ipse iaquintus et dissio dederunt, et mediatore mihi posuerunt seipsis per apposita illorum pingnere legitimo et inlegittimo; et per ipsa guadia obligavit se et suis eredibus, ut si taliter omnia suprascripta nobis vel in pars ipsius ecclesie non adimpleverint et aliquit inde contradixerint, per ipsa guadia componere obligavit se ipse iaquintus et suos eredes, et ipse dissio et suos eredes, mihi vel in pars ipsius ecclesie, triginta auri solidos constantini. Et unc brebem scribsi ego petrus notarius.

† Ego maghenolfus me subscripsi

† Ego ursus me subscripsi

CMLXXXVIII.

A. D. 1042.

† In nomine domini vigesimo quarto anno principatus salerni domni nostri Guaimari gloriosi principis, et quarto anno principatus eius capue, et tertio anno ducatus illius amalfi et sorrenti, mense ianuarius, decima indictione. Memoratorium factum a nobis cicirus filius quondam landoni . . . . et iohannis filii quondam sikenolfi abitantes de locum nucerie, Eo quod ante presentia domni alferii venerabili diaconi et archipresbiter et abbas ecclesie sancti maximi, et ibi adesset ydoneis ominibus, per largietate ipsius domni alferii abbatis, qui est unum de dominii ipsius ecclesie sancti maximi, tradidit nobis leo clericus eiusdem ecclesie rebus cum arbustis vitatis pertinentis ipsius ecclesie, quod abet in ipso locum nucerie, ubi ad terme dicitur, quod ipse leo clericus in beneficium retinet a pars ipsius ecclesie, quod est tota ipsa rebus per as fines et mensurias. A pars septemtrionis fine bia pubblica, sunt inde quadraginta sex et cubitum unum. A parte orientis fine rebus ipsius ecclesie, sicut limite et termiti discernit, inde passi quadraginta et medium passum. Et abinde rebolbente in pars orientis per fine ipsius ecclesie, sicut limite et termiti discernit, sunt inde passi triginta duo. Et iterum revolbente in parte meridie per fine similiter ipsius ecclesie, sicut inde via antica discernit et ascendit ab alia rebus ipsius ecclesie, ubi modo

cellarium abet ipsa ecclesia, sunt inde passi septuaginta sex. A parte meridie similiter fine ipsius ecclesie, sicut limite discernit, inde passi octuaginta. A pars occidentis similiter fine ipsius ecclesie, sicut inde limite discernit usque ipsa bia priore fine, sunt inde passi centum biginti unum; ad iusto passum homini mensuratum per istas fines et mensurias inclitum illut nobis tradidit per equaliter tenendum et lavorandum tali ordine, ut amodo et semper ad nostre et de nostris heredibus, natos nascentes, sint potestatis illut tenendum et dominandum, fobee et omnis nostre utilitatis faciendum iusta ratione, et unum de nobis et nostris heredibus cotidie unum de nobis ibidem resideamus et abitemus in casa, quod ibi fecerimus, et unum applictum de casa, quod ibi abet modo pars ipsius ecclesie, omni tempore clusum ad taboie et copertum ad scandole bonum illum abemus, pro alipergandum ibi pars ipsius ecclesie, quando ibi benerit, et ubi abead reposite bucti et vinum da pars ipsius ecclesie et palmentum et tabellum fabritum ipsius ecclesie, omni tempore conciatum abeamus bonum et de super copertum, sicut meruerit; et ipsa rebus clusa semper abeamus et totis arbustis de ipsa tradictione apto tempore laboremus de super et de supter, sicut locus ipse meruerit, et, ubi meruerit, arbores et vites plantemus et propagines tragamus, ubi meruerit, et surgamus, et sic illut studiemus et cultemus, ut semper in melius proficiad et non disperead, et bonum paread lavoratum, et cultatum, et studiatum, curam et vigilationem inde abeamus, ut salbum illut faciamus iusta rationem, et annualiter pro aire et per vindemie scire faciamus ipsum leo clericus, vel pars ipsius ecclesie, ut illuc veniant aut dirigat missum suum, et nos tali labori de ipsa nostra ditione suis temporibus recolligamus et lavori ipsi ad area ibique procuremus, stante illis vel missum illorum, et de omnis victum et laborem quam inde exierit, demus illorum terraticum secundum consuetudo ipsius loci et totum ipso aliut nobis abeamus; et pro tempore de vindemie, stante illis vel missum illorum, quem scire fecerimus, totis arbustis de ipsa tradictione vindemiemus et vinum ipsum ad ipsum palmentum procuremus, et si poma ibi fuerit, suo tempore colligamus, et de omnis vinum et poma quam inde exierit, demus illorum ibique medietate, et nobis inde abeamus medietate: tantum amodo et usque sex anni completi ad escassum illorum ibique daremus de ipso vinum mundum sine aqua, unde implamus est una bucte sue, quod ibi abet capiente saumas quindecim et alia bucte sue de saume duodecim ad iusto medio exadium, de ipso locum abente pro sauma de ipse duodecim saume sex media exadia pro sauma, et de ipsi anni in antea dividamus ipso vinum inter nos per medietate, sicut diximus; et si ante ipsi sex anni ipse leo, vel pars ipsius ecclesie, voluerit per medietate nobis dividere ipso vinum, potestatem abeant, et reponamus ipso vinum illorum per annum in ipse bucti illorum intus ipso applictum de casa ipsius ecclesie, et amodo et semper faciamus salbum ipso vi-

num illorum, donec illut inde tollat, absque degeneratione et ignem; et dum per aire et per ipsa vindemia ibi steterit per annum illis vel missum illorum, nos illum nutriamus secundum nostram possivilitatem, et palmentatica illorum demus per annum de vindemie galline quadtuor; et dum ipso vinum inde tulerit pars ipsius ecclesie, nos labemus ipse bucti bone, ut non pereant, et equum illorum nutriamus, quando ibi venerint, dum ibi steterit annualiter iusta rationem, et faciat pars ipsius ecclesie inclita ipsa tradictione semper nobis nostrisque eredibus defendere ab omnibus ominibus omnique partibus: preter, quale tempore illud tenere et laborare noluerimus, aut non potuerimus, inclita ipsa rebus clusa circoitum, et operata et cultata bona de perfectis arbustis vitatis, remittamus illut in pars predicte ecclesie cum ipso applictum ipsius ecclesie clusum et copertum bonum, et ipso palmentum et labellum conciatum bonum et de super copertum bonum, et licead nos nostrisque eredibus inde exire cum ipsa casa nostra, quòd nos ibi fecerimus per nostrum abitare, et cum omni nostra causa mobilia, et pergamus ubi voluerimus. unde in eo hordine per combenientiam pro largietate ipsius domni abbati guadiam nobis dedit ipse leo clericus, et fideiussorem nobis posuit urso presbiter eundem ecclesie filii iohannis, ut si taliter omnia suprascripta per suprascripto hordine pars ipsius ecclesie nobis non adimpleberint et aliquit inde contradixerint, per ipsa guadia componere obligavit seipse domnus abbas suique successoribus, et pars ipsius ecclesie, nobis nostrisque eredibus, natos nascentes, triginta auri solidi constantini. verumtamen ipse bucti ipsius ecclesie per omne annum stetimus bone conciare et studiare, sicut meruerit, et pars ipsius ecclesie stetit semper nobis defendere supradicta tradictione, cum vice de bia sua, ab omnibus ominibus per suprascripta guadia et obligata pena. Quod scripsi ego myrandus notarius. verumtamen hoc memoramus, ut ipse bucte illorum quod ibi abunt, implamus illorum usque ipsi sex anni, qui scarricad ipsa bucte saume quindecim et alia bucte de saume duodecim, abente iste duodecim saume ana lagene sex pro sauma ad ipso medio exadium, quod andad per ipso locum, et si per medietate ipso vinum pars ipsius ecclesie noluerit nobiscum dividere ante ipsi sex anni, potestatem aberent, sicut supradictum est. Quod subiunxi ego predictus myrandus.

† Ego Alferius nominatus archipresbiter et abbas

† ego leo clericus.

CMLXXXIX.

A. D. 1042.

| In nomine domini bicesimoquarto anno principatus domni nostri guaimari salerni, et quarto anno principatus eius capue et [1]) ducatus eius amalfi et sorrenti, gloriosi principis, mense februarius, decima indictione. Ideoque nos leo filius quondam iaquinti et comitissa filia quondam iohanni, qui sumus vir et uxor, clarefacimus nos abere rebus in locum montorum ubi miscianus dicitur, rotense finibus, quod mihi predicti leoni est pertinentes a pars ipsius predicti genitoris qui est . . . . quam et per meis rationibus et mihi predicte comitisse est pertinentes exinde abere quartam partem per meum sceptum morgincaput, quod mihi emisit ipse predictus viro meus in die nostre copulationis, quam ipse . . . . modo bero congruum nobis fuerat illut donare et confirmare raidolfi fili maranci presbiteri, set ego predicta comitissa . . . . eos pleniter adimplere combocabit ipsum predictum vir meus, in cuius mundium me subiacere cognosco, ut hanc donationem mihi consentiens esset; illi vero, exaudita mea postulatione, consentiens mihi inde fuit inter eandem predicta et uxor leo et comitisse, sicut nobis congruum est, nostre bone voluntatis ante presentia landoni comitis et alii testes, per unc scriptum donabimus atque at semper abendum confirmabimus tibi predicti raidolfi ipsa rebus nostra per finis et mensurie, et est per finis: prima pecia de terra cum arbusto bitatum de predicto locum muntorum, ubi proprio nominatur miscianum et spelonce dicitur: da parte septemtrionalis fine via puplica, inde passi decem et septem: da partibus orientis fine rebus sancti salbatoris, sunt inde passi biginti tres, et rebolbente in eadem pars orientis per ipsa fine passi quadtuordecim, quam et rebolbente in pars meridie per fine bia sunt inde passi biginti quadtuor: da ipsa pars meridie fine similiter bia, sunt inde passi alii biginti quadtuor: da partibus occidentis fine episcopio salernitano, sunt inde passi biginti sex, et rebolbente in pars meridie per ipsa fine passi octo; quam et rebolbente in pars septemtrionalis per ipsa fine et coniungente in priore fine sunt inde passi biginti, simulque alia pecia de terra cum arbusto de predicto locum misciano per ec finis et mensurie: da partibus septemtrionalis fine bia, sunt inde passi quadtuordecim : da partibus orientis fine domnica, sunt inde passi tridecim: da partibus meridie fine sancti salbatoris, sunt inde passi tridecim: da partibus occidentis fine bia, sunt inde passi biginti. Alia pecia de terra cum arbusto bitatum ibique in predicto

---

[1]) Tertio anno.

locum miscianum per ec finis et mensurie: da partibus septemtrionis fine sancti salbatoris, sunt inde passi quindecim: a partibus orientis fine domnica, sunt inde passi quadtuordecim: da partibus meridie similiter fine dominica, sunt inde passi biginti: da partibus occidentis fine bia, sunt inde passi quadtuordecim. Alia pecia de terra cum arbusto bitato ibique in predicto locum per finis et mensurie: da partibus septemtrionalis fine bia, sunt inde passi biginti quadtuor: da partibus orientis fine episcopio salernitano, sunt inde passi sexaginta quadtuor: da partibus meridie fine bia, sunt inde passi undecim; da partibus occidentis fine dominica, sunt inde passi septuaginta tres. Alia pecia de terra cum arbusto bitatum et abet cannietum et castanietum uno teniente ibique in predicto locum miscianum per ec finis et mensurie: da partibus meridie fine bia, sunt inde passi nobem et gubitum unum; da partibus occidentis fine episcopio salernitano, sunt inde passi biginti sex, et rebolbente in ipsa pars occidentis per ipsa fine passi sex, quam et rebolbente in pars septemtrionalis per fines et mensurie, et abiente per fine domnica sunt inde passi septuaginta, et rebolbente quasi in pars occidentis per ipsa fine passi decem, iterum rebolbente in partibus septemtrionalis per ipsa fine sunt passi qnadraginta. da ipsa pars septemtrionalis fine ripa maiore, que est a super ipso ribus siccum, sunt inde passi octuaginta: da partibus orientis fine bia caba, sunt inde passi sexaginta unum, et rebolbente in partibus occidentis per fine sancti salbatoris sunt inde quadraginta sex, et rebolbente in partibus meridie per ipsa fine sunt inde passi decem et nobem et gubita dua; iterum rebolbente in partibus per ipsa fine sunt passi quadraginta sex, et rebolbente in pars meridie per ipsa bia caba sunt inde passi quadraginta sex, et rebolbente in partibus occidentis per fine bia sunt inde passi quadraginta octo, et rebolbente in partibus septemtrionis per fine tuaque raidolfi sunt inde passi quinquaginta quinque et gubitum unum, et rebolbente in partibus occidentis per ipsa fine tuaque raidolfi sunt inde passi decem, et rebolbente in partibus meridie per ipsa fine tuaque raidolfi sunt inde passi decem, et rebolbente in partibus meridie per ipsa fine et coniungentes in priores fines sunt inde passi quinquaginta duos, totum ad iusto passum ominis mensuratum. Ec bero rebus per iamdicte finis et mensurie et extra ipse finis, ubicumque exinde de rebus nostra inbentus fuerit, quod nobis est pertinentes abere per qualibet rationem, totum et inclitum cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis, et cum bice de biis suis et omni ipsa monimina inde pertinentes atque continentes, illut tibi predicto raidolfi donabimus atque at semper abendum confirmabimus, at securiter et firmiter amodo et semper tu et tuis eredibus illut abendum, dominandum, possidendum atque omnia exinde faciendum quod bolueritis, absque omni contrarietate nostra, quam predicti vir et uxor et de sui eredibus aut cuiquam ominibus; et pro confirmanda et stabili-

scenda anc nostra donatione launegilt a te predicto raidolfus recepimus secundum legem auri solidi boni de tari quinquaginta ana quadtuor auri tari pro unoquoque solido, sicut inter nos combenit in omnis deliberatione; finitoque vero ipsum launegilt ipsum aput nos, de qua per bona combenientia guadia tibi predicti raidolfi dedimus, et mediatorem tibi posuimus nos ipsis et deodede filii madie, ad semper exinde obligamus nos predictus vir et uxor, et nostris eredibus, antistandum et defensandum tibi tuique eredibus tota et inclita suprascripta nostra donatione da omnes omines omnique partibus, cui per vos illut vel exinde datum vel obligatum esset paruerit, ad aliis vero partibus per vos ipsis illut vobis defensare cum. ista cartula et cum ipsa monimina, quod tibi in defensione modo dedit, et cum quale alia monimina et ratione quod inde abere potueritis, in omnibus exinde causare et contendere per omnis legem et iustitia inde agite et facite, sicut vultis, et per vos ipsis illut nobis defensate. Nam, quando nos aut nostris eredibus bolueritis exinde auctores vel defensores, remictatis aput non ipsa monimina salba, quod nos modo in defensionem tibi dedimus, ad abendum ille usque dies quinquaginta, et nos et nostris eredibus semper taliter illut tibi tuique eredibus antistemus et defensemus da omnis omines omnique partibus, et post finem factum per omnes bices quante nobis ipsa monimina dederitis, remittamus illut at potestatem tuaque et de tuis eredibus, ad abendum ille in illo ordine, sicut diximus, et licentiam abeatis ubicumque monimen de ipsa rebus inbenire potueritis, exinde causare et ad bos ille recolligere et in defensionem abeatis, sicut dictum est, nos et nostris eredibus semper taliter illut tivi tuique eredibus non defensaberimus et adimpleamus iustitia, sicut in edicto capitulo et lex langobardorum de donum et susceptum launegilt continet; quod si taliter omnia suprascripta vobis non adimpleberimus, vel si nos nostrisque eredibus quomodocumque vel qualecumque rationem illut vel exinde tibi tuique eredibus tollere aut contrare quesierimus, aut quodcumque causatio nos vobis inde proposuerimus, ante omnia questio et causatio nostra tacita et bacua sit, et obligamus nos et nostris eredibus per combenientia componere tibi tuique eredibus, vel cui cartula ista in manu paruerit, centumquinquaginta auri solidi constantiniani, et omnia vobis adimpleamus, sicut superius legitur. Ideo ego predicta comitissa, et omnia suprascripta faciat per berbum et absolutionem ipsius predicti viri et mundoaldi mei et uniter cum illum per supradicta guadia et obligata pena, et taliter scribere rogabimus te iso notarius, actum montorum.

† Ego qui supra lando comes

† Ego falco presbiter et abbas.

CMXC.

A. D. 1042.

† In nomine domini vicesimo quarto anno principatus domni nostri guaimari salerni, et quarto anno principatus eius capue, et tertio anno ducatus eius amalfi et sirrenti, gloriosi principis, mense martius, decima indictione. Memoratorium factum a nobis marinus filius iohannaci da luportu vice mea et vice gruse uxoris mee, et manso et constantinus germani et filii quondam ursi de ligori, et ligori filii quondam mansoni, ego vice mea et de germanis meis, et mauro et leo germani filii quondam constantini ante subscripti testes per combenientiam tradidimus iohanni presbiteri filii romoaldi ecclesiam nostram pertinentem, quam abemus in lucania in locum qui dicitur tirusino, cum omnis rebus stabile et mobile pertinentem predicte ecclesie quod terris laboratorie et terra cum vinea, et est ipso mobile liber contenente franciscu uno, manuali tres, qui sunt de uno ana quaterni biginti tres, qui sunt de antifanario de nocte et de alio legere psalteria dua, planeta et orale et ammicto de lino, calici duo et patene due de stangnu, sindones linee due et alia sindones penta, zappe due, mannara una, ronca una, guerdili tres, potatura dua, ascia et ascione, caldarola una, pario de ferri caballini uno, bucti due da bino et uno tractorino da bicto. Ideo, sicut diximus, inclita ipsa ecclesia cum suprascripta rebus stabile et mobile eidem iohanni presbiteri tradidimus, tali hordine, ut amodo et diebus vite sue ille ipsa ecclesia cum omnis suprascripta rebus stabile et movile sue potestatis tenerent et dominarent, et fobee et omnis sue utilitatis iusta rationem ibi facerent, et ipsa rebus et vinea laborare per omnis annum et cultare bona, sicut meruerit, et ibidem abitare, et in ipsa ecclesia die noctuque officiare et officiare facere iusta rationem, sicut ipso locum meruerit et consuetudo ibi fuit, et omnis et vinum et quacumque frudium de ipse terris et de ipsa vinea exierit, sue sit potestatem, et omnis offerta et botationem, seu quacumque causa ibidem intraberit, similiter sue esset potestatis, faciendum omnia quod bolueritis, scebto si codices aut pannos, quod est cortina et sindones, ibi intraberit, semper siant de ipsa ecclesia, et per omnis annum stetit nobis dare censum quadtuor auri tari boni duo in pasca resurrectionis domini, et alii duo in natibitas domini; quam et stetimus nos ei ibidem dare calce, quantum ei sufficiant ad frabricandum, et ille ipsa ecclesia frabicarent de suo expendio, a quo nos ei ibidem adsignaberimus ipsa calce usque quinque annos illam expleant frabicandum et conciandum et cooperitum, et da ipsi quinque anni in antea usque tres anni deant nobis sidecim tari, ut exinde faciamus

laborem in ipsa ecclesia, qualiter nobis melius comparuerit facere. Ad die hobiti sui inclita ipsa ecclesia cum omnis suprascripta rebus et causam, quod ei adsingnavimus, nostre remittat potestatis; et si ipse sindones et cortine, vel codices ibi intraberit, et ille licead inde excutere omnis sua causa vel suos eredes, faciendum quod boluerit. Unde in eo hordine per bona combenientia guadia nobis dedit ipse iohannes presbiter, et mediatorem nobis posuit seipsum; et per ipsa guadia obligavit se et suos eredes, ut si taliter omnia suprascripta nobis non adimpleberit, et aliquit exinde contradixerit, componere nobis nostrisque eredibus, et cui brebem iste in manum paruerit, quinquaginta auri solidos constantinianos, Et unc brebem scribsi ego dauferius notarius qui interfui.

† Ego alderissi notarius me subscribsi

† Ego alderissi notarius me subscripsi.

CMXCI.

A. D. 1042.

† In nomine domini vicesimo quarto anno principatus domni nostri Guaimarii salerno, et quarto anno principatus eius capue, quam et tertio anno ducatuum illius amalfi et sirrentum glorioso princeps, mense martius, decima indictione. Ego iohannes domini gratia abbas monasteri sancti angeli et sancte sofie, qui sunt constructi intus hanc salernitanam civitatem una cum iohannes clericus advocator istius monasterii, et ante subscripti idoneos homines per convenientiam ad tenendum tradidit. . . et iohanni germani filii quondam odelgardi capuano inclitum molinum pertinentem suprascripti monasterii et domne gemme, que fuit uxor guaimarii et filia guaimarii comitis, et est ipsum molinum edificatum in aqua de flubio lirno ipsa parte ecclesie sancti fortunati; ideo inclitum ipsum molinum, qualiter conciatum est cum mole et ferraturia sua, et cum arcaturia et usu aquarum, et cum iscla et reditum suum, et cum omnia pertinentia ipsorum germani tradidimus tali tinore, ud amodo et usque ad tempus, quod est unum annum espletum, licead ipsi germani illut tenere, et ipsum molinum conciare et vigilare die noctuque, ut perfectum macenare possad, et omnem molitura et quicquit ibidem tollere vel abere potuerit, totum illut sivi abeat, faciendum inde quod boluerit. Tantum istum mense martius deant nobis undecim modia de granum bonum plene bene culmate ad modiolum que dant molinum sancti iohannis, qui est ibidem coniunctum, et istum

mense aprelis prius veniente deant nobis decem modii de granum bonum plene bene culmate ad suprascriptum modium; et da istum mense magio prius veniente deant nobis duodecim modi de granum bonum plene culmate ad predictum modium per omnes menses usque ad completum ipsum annum, et per omnes ebdomadas macenent nobis sine molitura, qualiter fuit consuetudo; et si ferratura aut arcaturia se ruperit, quando plena fuerit, semper nos faciamus ipsas conciare, et illis ibidem adiubent per se ipsos, quantum melius potuerint et si mole ibi necessum fuerit, nos demus ipse eorum et illis assignent ibi . . . ibi fuerint, et quantum inde hopera perdiderint, per rationem inputemus nos de ipso grano; a completum ipsum annum licead illis et homines qui ibi miserint, inde exire cum causa sua quod iustum fuerit, et inclitum ipsum molinum conciatum cum omnis sua pertinentia et cum ipsa redita, qualiter perfectum possant macenare, nobis assignent ad partem ipsius gemme et ipsius monasterii. Unde in eo tinore per convenientia guadia nobis dederunt ipsi germani benedictus et iohannes, et mediatorem nobis posuerunt sassu capuanu filium donati; et per ipsa guadia obligavit se ipsis nominati germani, ut si omnia suprascripta non adimpleberint in parte exdicti monasteri et ipsius domne gemme, et aliquit inde contradixerint, Tunc per ipsa guadia componere obligaverunt se ipsis benedictus et iohannes in ipsum monasterium viginti solidi aurei constantini, quod scripsi ego qui supra iohannes clericus et advocator qui et scriba.

† ego qui supra iohannes domini gratias abbas.

CMXCII.

A. D. 1042.

† In nomine domini vicesimo quarto anno principatus salerni domni nostri guaimarii gloriosi principis, Et quarto anno principatus eius capue, Et tertio anno ducatus eius amalfis et sirrenti, mense aprelis, decima indictione. Nos roderisius et alferius germani filii quondam roderici, et mulier nomine gemma filia leoni zicza uxor supradicti roderisius, et mulier nomine blacta filia quondam leoni sfagilli, que fuit uxor supradictus alferius, Clarefacimus non viri predicti et uxoribus, quoniam pertinet nobis comuniter abere rebus in locum transbonee in finibus salernitane, que est terra cum binea et bacuum coniunta cum rebus cibolino ministeriale supradicti gloriosi principis et filius quondam machenolfi in eodem

loco, ubi trabersa et a super cisterna dicitur, per hec finis et mensurie : A parte orientis fine rebus nostra et de pastenatori nostri, inde passi octuaginta quinque : A parte meridie fine de eredes petri de peccecuti passi nonaginta: A parte occidentis fine medio toru unde via abemus per brebem divisionis, passi quadraginta duo: A parte septemtrionis fine de eredes madelmi, qualiter ascendit et coniungit in via et abinde trabersante ipsa via comune et abinde descendente per fine de alia rebus nostra, que comune abemus cum nostri consortibus et coniungente et descendente cum ipso priore fine passi centum decem, totum mensuratum ad passum quod signatum est in columnea mormorea de ecclesia sancti mathei de archiepiscopio salernitano de iamdicta rebus per iamdicte finis et mensurie est inde nobis iamdictis viribus et uxoribus inclite due partis et ipsa tertia parte est inde pertinentes ipsius ubolino et pantaleo filio petri. Et de ipse due sortis de ipsa rebus, sicut diximus, nobis iamdicti rederissius et alferius est pertinentes inclite sex sortis, et nobis iamdicte mulieres iemma et blacta est inde de ipse due partis de suprascripta rebus per iamdictas fines et mensurias pertinentes due quarte nobis emisse a supradictis viribus nostris in die nostre copulationis, et congruum est nobis iamdictis viribus et uxoribus toti communiter tote ipse due partis de iamdictis rebus per iamdictas fines et mensurias benumdare supradicto ubolini. Et ego predicta mulier iemma nomine, obserbans ea que in legem langobardorum scripta sunt de mulieres que res suas communiter cum biro suo bendere noluerit, mecum esset ipse vir et mundoald meus, fecimus notitia cum duobus parentibus meisque mulieres, et una cum illis perreximus coram presentiam grimoaldi comitis et iudicis, cui ec omnia nota fecimus. Et in eorum presentia ego iamdicta mulier nullam reclamavit pateret violentia, set mea bona voluntas esset ipsa quarta mea de iamdicta rebus communiter cum ipso viro meus bendere et ipsi parentibus meis in anc cartulam manum posuerunt, ut quod vindederimus, stabilem sit et petrum scriba per notitiam de ipsi parentum meorum et iudicem anc cartulam scripsi, ut absque damnatione legis securus inde manere. Quam et ego iamdicta mulier nomine blacta , obserbans ea que in legem langobardorum scripta sunt de mulieres que res suas communiter cum biro suo bendere noluerit, mecum esset ipse alferius vir et mundoalt meus, fecimus notitiam cum duobus parentibus meique mulieres, et una cum illis similiter perreximus coram presentia suprascripti grimoaldi comiti et iudici, et in eorum presentia ego iamdicta mulier nullam reclamavit patere violentia, set mea bona boluntas esset ipsa quarta mea de iamdicta rebus communiter cum ipso viro meus bendere et ipsi parentibus meis in anc cartam manum posuerunt, ut quod vindederimus, stabilem debeat permanere, et prefatum scriba per notitiam de ipsi parentibus meis et iudicis anc cartula scripsi, ut absque damnatione legis

securus inde manere Quo ita factum, nos iamdicti roderisi, et alferii, et iemma, et blacta, viri et uxores, sicut nobis congruum est, bone nostre voluntatis per anc carta commune consensum ante presentia ipsius comitis et iudicis, tamen nos predicte mulieres per consensum et voluntatem ipsorum viribus et mundoaldi nostri, et una cum illis benumdedimus adque ad semper abendum confirmavimus tibi iamdicto ubolino tote et inclite ipse due partis de suprascripta rebus per suprascripte finis et mensurie cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis, cum bice de bie sue et cum bice de vie ad aqua de ipsis locis pertinentibus et cum bice de monimen de ipsa rebus continente, Ad securiter et firmiter amodo et semper te iamdictus ubolino et tuis eredibus illut abendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum quod volueritis; et pro confirmationis uius nostre vinditionis nos iamdictus roderisius et iemma suscepimus a te iamdicto ubolino auri tari boni sedecim, et nos iamdicti alferius et blacta suscepimus a te exinde auri tari boni alii sedecim in omni deliberationem, sicut inter nos combenit. De qua per combenientia nos iamdictus roderissius, et alferius, et iemma, et blacta, toti communiter guadia tibi iamdictus ubolino dedimus, nos predicte mulieres per voluntatem ipsorum viribus nostris, et mediatores tibi posuimus: nos iamdictus roderisius et iemma posuimus tibi mediatore petrus atrianense cognatum et germanum nostrum, et nos predicti alferius et blacta posuimus tibi mediatores nos ipsis, sicut combenit; et per ipsa guadia obligamus nos roderisius, et alferius, et iemma, et blacta, viri et uxores, et nostris eredibus semper defendere tibi tuisque eredibus tote et inclite ipse due partes de suprascripta rebus per suprascripte finis et mensurie ab omnibus ominibus omnique partibus cum bice de ipse vie. Et quando tu et tuis eredibus de suprascripta nostra vinditionem per vos autores esset volueritis, potestatem abeatis in omnibus inde causare et finem facere, qualiter volueritis, cum omnibus moniminibus et rationibus quas inde abere potueritis. Et si taliter omnia suprascripta, quemammodum superius legitur, nos et nostris eredibus tibi tuisque eredibus non adimpleverimus et suprascriptam, vel ex eis quicquam removere aut contrare quesierimus, aut si quascumque causationes exinde tibi tuisque eredibus preposuerimus, per ipsa guadia componere obligavimus nos iamdictus roderisius, et iemma, et alferii, et blacta, et nostris eredibus, tibi tuique eredibus quinquaginta auri solidos constantinos. Et, sicut superius legitur, vobis adimpleamus: sicut tamen stetit inter nos de via illa qui ad trabersa ipsi centum decem passi, qualiter descendit in pars meridie et coniungit se ipsa via cum alia via puplica que ducit ad tegura, omni tempore tu et tuis eredibus, et nos et nostris eredibus et nostris consortibus et illorum eredes cum alie vie de ipse rebus commune abemus, sicut continet brebem nostre divisionis, et omnia suprascripta fecimus nos iamdicte mulieres per

bolumtate istorum viribus et mundoaldi nostri, et due cartule unius tenoris, quarum anc tibi emisimus, et alteram talem aput nos inde scripta retinemus, petrum notarium scribere rogavimus.

† ego qui supra grimoalt comes et iudex.

CMXCIII.

A. D. 1042.

Summarium :

† Anno vicesimo quarto Principatus Guaimarii, et quarto Principatus eius Capuae, et
« tertio Ducatus Amalphiae et Sirrenti, et primo anno Gisulphi filii eius, mense Aprili, de-
« cima Indictione.

« Infantulus nomine . . . . et Grisa mater eius filia Madelmi, obtenta licentia Petri iu-
« dicis, vendunt Machenolfo filio Machenolfi, causa valetudinis, famis et nuditatis, terram
« in loco Floccano, ubi *ad Maurici* dicitur.

« Iohannes notarius hanc chartam exaravit Nuceriae.

« Adsunt subscriptiones testium :

† Ego qui supra Petrus

† Ego Guandelferi.

CMXCIV.

A. D. 1042.

† In nomine domini vicesimo quarto anno principatus domni nostri guaimari salerni, et quarto anno principatus eius capue, et tertio anno ducatus eius amalfi et sirrenti, glorioso principe, mense . . . . . decima indictione. Nos maio filius disigi et mulier nomine rodelaita filia alfani de loco trasboneie clarefacimus abere una pecia de terra cum insitetum in ipso locum traboneia ad ipse vene pertinentem michi mulieri per successione, et

sicut nobis congruum est, vone nostre volumtatis ante presentia grimoaldi comitis et iudici, tamen ego iamdicta mulier per bolumtate predicti viri mei, donavimus tivi vivoni fili petri ipsa pecia cum insitetum que est per ec finis et mensurie: de pede passi duodecim: ab occidente fine de eredes ursi abio tuo, inde pedes triginta quadtuor et medium: de capite abet passos octo: ab oriente fine iohanni atrianensi passi triginta et tres mensurati ad iusto passo; per suprascripte finis et mensurie inclitum illut tivi tradidimus cum omnia infra se abentibus et suis pertinentiis et cum vice de via sua, faciendum exinde omnia que volueritis; et pro anc nostra donatione tivi firmandam launegilt a te inde iusta legem recepimus auri tari decem in omnis deliberatione. de qua per combenientia nos iamdicti maio et rodelaita, vir et uxor comites, guadia tivi nominati vibo dedimus, et mediatore tivi posuimus nos ipsi et iohannes germanus meus; et per ipsa guadia obligavimus nos et nostros eredes semper defensandum tivi tuique eredibus inclita suprascripta nostra donatione da illis hominibus et partibus qui pro nostris partibus vel datum, seu et qui pro pars et datum de ipso genitore et genetrice meaque mulieri quodcumque causationes inde vobis preposuerit; de alii vero hominibus et partibus per vos ipsis illut vobis defensate, qualiter volueritis, cum omnibus rationibus que inde abueritis. quot si minime illut vobis defensare potuerimus, secundum legem vobis adimpleamus, et si de omnia, que superius legitur, contradixerimus, componere obligavimus nos et nostris eredibus tivi tuique eredibus biginti auri solidos constantinianos et, sicut dictum est, omnia suprascripta vobis adimpleamus, et taliter scribere rogavimus te dauferius notarius. actum salerno.

† Ego qui supra grimoalt comes et iudex.

CMXCV.

A. D. 1042.

† In nomine domini vicesimo quarto anno principatus salerni domni nostri guaimari gloriosi principis, et quarto anno principatus eius capue et ducatui amalfi, et tertio anno ducatui illius sirrenti, et primo anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi eximii principis et dux filio eius, mense magius, decima indictione. Memoratorium factum a me praxi presbiter et abbas rector hecclesie sancti nicolai qui constructum est in locum beteri, ubi proprio gallucantu dicitur, pertinentem hecclesia ipsa de heredes lam-

berti comitis filii bone memorie adelberti comitis, et adelberti comitis filii quondam landoari comitis, per combenientia pro pars predicte hecclesie remisit et tradidit michi im possessione pars predicte hecclesie semper abendum una pecia de terra cum binea et pomis de locum salictum finibus mitilianense alfanus filius quondam leoni, quod ille a pars ipsius ecclesie ad pastenandum tenuit per as fines et mensurias : a pars meridie fine rebus predicte ecclesie, sunt inde passi triginta sex: de supter parte, quod est a parte orientis, similiter fine eidem ecclesie, sunt inde passi quinquaginta: a partibus septemtrionis fine ipsius ecclesie, inde sunt passi alii quinquaginta: a parte hoccidentis fine, sicut discernit media serra, in quo plagarie da palumbi iocandum pertinentem eidem ecclesie sunt cessante ab ipse plagarie in supto in omni loco passi tres, sunt inde per longitudo passi sexsaginta quattuor, totum mensuratum ad iusto passum homini, ec supradicta pecia de terra cum binea per supradictas fines et mensuras ipse alfanus a pars ipsius ecclesie ad pastenandum compreensum abuit a me supradictus praxi pro pars ipsius ecclesie, et ipse alfanus illut pastenabit et operatum illut abet per ipsas mensuras que ipso brebem de ipsa pastenatione continet, qui scriptum est per romualt notarium, in quo cicero notarius et petrus scripti sunt; et ipse alfanus extra ipsas mensuras que ipso brebem continet, pastenabit; modo autem, ut dictum est, ipse alfanus tradidit michi nominati praxi pro bice ipsius ecclesie tota ipsa terra cum binea et pomis per supradictas fines et mensuras, et aliquantum a foras ipsas mensuras cum omnia intro se abentibus et suis pertinentiis,ad faciendum exinde et de ipso brebre, quod cum ipsa rebus michi ammisit pars ipsius ecclesie, omnia quod boluerit, apsque omni contrarietate vel requisitione ipsius alfani et de illius eredes. et per combenientia guadia michi ipse alfanus dedit pro parte ipsius ecclesie, et mediatorem seipsum michi posuit ; et per eadem guadia obligavit se ipse alfanus et suos eredes ammodo et semper defensandum a pars ipsius ecclesie tota ipsa rebus, quod superius michi pro pars ipsius ecclesie remisit et tradidit cum ipsum supradictum brebem ab illis hominibus et partibus , qui pro pars et datum ipsius alfani et de illius eredes quascumque causationes inde ad pars predicte ecclesie preposuerit. et si taliter illut in predicta ecclesia non defensaberit, aut, si ipse alfanus vel eius eredes supradicta rebus, quod superius michi pro pars ipsius ecclesie remisit et tradidit, vel exinde aut ipsum brebem de partibus ecclesie tollere aut contrare presumpserit, vel quolibet causationes ad pars ipsius ecclesie inde preposuerit, tunc per combenientia et per supradicta guadia componere obligabit se ipse alfanus et suos eredes michi supradicto praxi presbitero et abbati et ad meis successoribus et in partibus ipsius ecclesie centum auri solidos constantinianos. et ego pro taliter per combenientia per licentiam et apsolutione ipsorum comitibus et domini ipsius ecclesie tradidi ad potestatem ipsius alfani pro sua sorte, quod tollere debuit pro ipsa pastena-

tione una pecia de terra cum pastino de vinea quod ipse alfanus pastenabit per has mensuras: ab occidente fine rebus ipsius ecclesie, inde sunt passi biginti octo: a pars septemtrionis fine rebus ipsius ecclesie, inde sunt passi alii biginti octo: ab oriente fine rebus ipsius ecclesie, inde sunt passi quadraginta: a meridie fine via, inde sunt passi triginta quatuor; totum mensuratum fuit ad supradicto iusto passo omini. ec supradicta posteriore pecia de supradicto pastinum per ipsas fines et mensuras, sicut dictum est, ego ipsius alfani pro sua sorte tradidi securiter ille et eius eredes abendum, et obligavit me et successores meos et pars ipsius ecclesie semper defensandum ipsius alfani et ad illius eredes tota ipsa pecia de ipso pastinum, quam ego superius ipsius alfani pro sua sorte tradidi, cum bice de via sua ab omnibus hominibus omnique partibus, et non queramus ego et successores meos illut vel exinde ipsius alfani vel ad illius eredes tollere aut contrare per nulla ratione; et si illut vel exinde ego et successores meos et pars ipsius ecclesie eidem alfani tollere aut contrare quesierimus, tunc per combenientia componere obligabit me et successores meos et partibus ipsius ecclesie ipsius alfani et ad illius eredes quinquaginta auri solidos constantinianos. preter, si aliquando tempore ipse alfanus et illius eredes ipsa terra cum pastino, quod superius per ipsas mensuras pro ipsa sua sorte ei tradidi, daturam aut binditaram abuerit, non abeant potestatem per nulla ratione, nec per nullo umano ingenio illut vel exinde dare aut alienare sic, ut de illorum potestatem fiat substractum; set si illut daturum abuerit michi meique successoribus, vel in partibus ipsius ecclesie, illut bindant ad iusto balientem pretium quod iuste apretiatum fuerit, et faciant inde me vel meos successores, seu partibus predicte ecclesie scire pro illut emendum per tertio constitutum usque diebus triginta sex; et si per ipsa constituta noluerimus illut emere et daret inde eorum iusto balientem pretium quod iuste fuerit adpretiatum, tunc liceat illis eos dare cui boluerit. Nam, si ante ipsa constituta illut vel exinde dederint per qualecumque ratione vel umano inienio sic, ut de illorum potestatem fiat substractum, tunc sine pretium perbeniant ad potestate predicte ecclesie, ad faciendum exinde quod boluerint per suprascripta guadia et obligationis pena. Et hunc brebem scripsi ego superius dictus romualt notarius.

† ego Ioannes me subscripsi

† ego desideus notarius me subscripsi.

CMXCVI.

A. D. 1042.

† In nomine domini Vigesimo quarto anno principatus salerni domni nostri Guaimari gloriosi principis, et quarto anno principatus eius Capue et ducatus illius amalfi, et tertio anno ducatus eius surrentum, quam et primo anno et principatuum et ducatuum domni gisulfi eius filii eximii principis et duci, mense magius, decima indictione. Declaro ego ioannes domini gratia abbas monasterii sancte marie et sancti benedicti siti intus hanc salernitanam civitatem, quoniam pars suprascripti nostri monasterii habet plures rebus a foras hanc predictam civitatem, unde modicum prodem venit in predicto nostro monasterio, inter quas abet pars nostri monasterii una petia de terra cum arboribus vitatis in locum andrelle subtus ecclesia sancti viti, que est per as fines et mensuras. A parte occidentis fine via que vadit subtus ipsa ecclesia, inde sunt passi decem et nobem per latitudo. Ab oriente fine sicut discernit albeo de flubio lirno; mensurata ab intus ipsa rebus, inde sunt similiter per latitudo passi viginti et unum, et a meridie et a parte septemtrionis fine sicut sepe discernit, et est per longitudo da ipsa via et usque ad ipso flubio lirno mensurata ad iusto passo homini. Hec autem predicta terra per supradictas fines et mensuras abet pars supradicti nostri monasterii in eodem loco, unde nullum prodem venit in iamdicto nostro monasterio, et volueramus illut dare commutationis hordine et accipere inde alia rebus coniuncta ad rebus exdicti nostri monasteri, unde plus et remelioratum . . . . . . fruges ebenirent in pars predicti nostri monasteri. Nobissime autem venit ad nos manso et leo comites, germani filii quondam mansoni castaldi, et dixerunt nobis, ut si commutationis hordine dederimus ex ipsa petia de terra per supradictas fines et mensuras, illis autem darent in parte ipsius nostri monasteri alia rebus . . . . . in locum pandola que est coniuncta ad rebus suprascripti nostri monasteri, quod illis paratam abunt per firma cartula da citrus filio quondam cari, et pro causa remeliorationis adiungere nobis solidos decem, ana quadtuor auri tarenos abentes per solidum; et ut previdimus, quod bonum ad pars predicti nostri monasteri ebeniret, et remelioratum esset illut quod reciperemus, quam illut quod dare cupimus, tunc cepimus inde abere colloquium cum fratres sancte nostre congregationis et cum iohannes clericus advocator suprascripti nostri monasterii, sed ad iamdictos fratres et ad predictum advocatorem bonum comparuit esse commutationem istam faciendum et remelioratam esse rebus ipsa, quam ipsi germani in predicto no-

stro monasterio commutationis hordine dare bolunt, quam ipsa predicta terra que a nos recepere querunt; et ego predictus iohannes abbas per meipsum illut per hordinem nuntiavi supradicte gloriose potestatis, ut per eius licentiam hanc commutatione faceremus; ille vero pius princeps solutionem nobis dedit talia faciendum, etiam de suis presentiam inter nobis essendum diressit amatus iudicem suumque fidelem et missum, et nos secundum legem longobardorum inter nos essendum combocavimus idoneos homines, ut quo utrum que fecerimus, firmum et stavilem permanead. Quo ita factum, ego supradictus iohannes domini gratia abbas ante ipsum iudicem et subscriptos idoneos homines commutationis hordine tradidimus vobis iamdictis mansoni et leoni comitibus una cum iamdicto advocatore nostrum inclitam ipsam iamdictam terram nostri monasterii de predictum locum andrelle per supradictas fines et mensuras cum vice de ipsa via et cum omnia intra se abentibus omnibusque suis pertinentiis, ad securiter et firmiter amodo et semper vos prenominati germani et vestris eredibus illut abendum et omnia inde faciendum quod volueritis, absque omni contrarietate mea et de meos successores vel de pars nostri monasteri. Unde pro confirmandam hanc nostra commutatione, suscepi a vos prenominatis germanis per aliam cartulam, quam aput nos scriptam retinemus, inclita ipsa rebus vestra de ipsum locum pandola, quem vos emptam abetis da ipsum citru, que est terra cum arbusto, ubi proprio ad castanieta dicitur; et est per as fines et mensuras. Ab oriente fine via, sunt inde passi quinquaginta quinque. A septemtrione abet passos quadraginta tres. Ab occidente fine rebus suprascripti nostri monasterii, sunt inde passi quadraginta et nobem. A meridie abet passos quinquaginta septem mensuratos ad iusto passo homini. Hec supradicta rebus per istas fines et mensuras a vos iamdictis germanis suscepi, sicut ipsa cartula continet, quam a vestra parte firmata retinemus, et pro causa remeliorationis adiunsistis nobis ipsi decem solidi tari, ana quadtuor auri tari per solidum. De qua ego predictus iohannes domini gratia abbas obligo me et meos successores et pars suprascripti nostri monasterii amodo et semper defensandum vobis predictis mansoni et leoni et ad vestris eredibus integra suprascripta petia de terra per supradictas fines et mensuras, quod vobis superius tradidimus, cum vice de via sua da omnibus hominibus omnique partibus. Et quando vos iamdicti germani et vestris eredibus de supradicta nostra traditione auctores et defensores essere bolueritis, licentiam et potestatem abeatis inde causare et finem facere, qualiter bolueritis, cum omnes munimina et rationes quas inde ostederitis. Et si taliter, sicut superius legitur, ego et meos successores et pars predicti nostri monasteri vobis predictis germanis et ad vestris eredibus non adimpleberimus, et illut vel exinde remobere aut contrare quesierimus, vel si qualiscumque causationes vobis et ad vestris eredibus ex-

inde emiserimus, componere obligo me qui supra iohannes domini gratia abbas et meos successores et pars suprascripti nostri monasterii, vobis mansoni et leonis et ad vestris eredibus, quingentos aureos solidos constantinianos. Et taliter scribere rogavimus te qui supra iohannes clericus et advocator qui et scribsi.

† Ego qui et supra iohannes humillimus abbas

† Ego qui supra amatus iudex

† Ego romoaldus me subscripsi.

CMXCVII.

A. D. 1042.

† In nomine domini vicesimo quarto anno principatus salerni domni nostri guaimari, et quarto anno principatus eius capue, et ducatus eius amalfi, et tertio anno ducatus eius surrentum, et primo anno principatus domni nostri gisulfi eius filii gloriosorum principum eximii principi et ducis, mense iunius, decima indictione. Ante me ademari iudex benerunt mulier nomine leta relicta quondam iohanni de locum turricli, qui dictus fuit ferrarum, et corbi cum infantuli germani sui, nomina eorum ec sunt, guido, et madelbertus, et grimoaldus germani et filii supradicti iohanni, qui sunt mater et filiis, qui dixerunt maiorem necessitatem abere het a fame morerent, et dixerunt abere una pecia de terra cum aliquante quertie infra fines de nucerie, ubi dicitur sianum, et proprio locum ubi berdiarium et torellum vocatur, quod iam ante os tempore ipse predictus iohannes genitor illorum emtum abet a quondam roffrido filio quondam adelchisi per firma cartula, que scripta est per petrus clericus et notarius de anno nono decimo principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense februarius, sexta indictione, roborata per miro iudice het iohannes clericus et petrus clericus, et que est ipsa pecia per ec finis et mensuras iuxto passum ominis mensuratas: ab oriente fine bia, passi biginti sebtem: a meridie fine que fuit de eredes amelchi, inde passi centum sebtem: ab occidente fine palude, passi triginta unum: a sebtemtrione fine stefani consortem illorum, inde se coniungentem usque in ipsa bia priora fine, inde abet passi alii centum sebtem; de ec vero rex per iamdictas fines et mensuras, et quantum in ipsa palude introire potuerit at lavorandum, inclita medietate hest pertinentes ipsorum predicti mater et filiis, qui dixerunt necessitatem maiorem abere het a fame moreret, et cupiebant illos bendere, het pretium inde recipere unde bibere poterent. proinde benerunt at me, ut solutionem heorum daret ipsa rebus bendendum cui voleret, et

ego prebidi et certam rebus erit beritate tam per nos quam per illis, ut pro necessitatem famis illut bendere boleret, solutionem illorum dedit illos bendere cui voleret, et pretium inde recipere unde bivere poteret, et ipsa predicta mulier una cum predicti filii et mundoaldi sui, vone illorum voluntatis, integra medietate de ipsa rebus bendiderunt ipsius iamdicti miri iudici et filio quondam miri clerici; et ipsa mulier obserbans in legem langobardorum scripta sunt de muliere que rex suas bendere boluerint, non absconso set in presentia principi aut iudicis vel sculdais, et cum illa exet ipsi filii et mundoaldi sui et duo parentibus suis qui ipsius mulieri propinquiori sunt, et una cum illis . . . . . quia ipsa quarta sua bendere voleret, et sic et ipsi filii mundoalt eius inde ei consenserunt et se ipsa binditricem feci, ut oc quod vendiderat, stabilem sit, et ipsi parentibus et mundoalt eius una mecum in anc cartulam manum posuerunt, et petrus protonatarius cum notitia mea et ipsorum parentum anc cartulam scribam. quo ita factum, vone illorum voluntatis ipsi nominati mater et filiis integra medietate de ipsa rebus per iamdictas finis et mensuras, et quantum in ipsa palude introire potuerint at lavorandum, inclitum illut bendiderunt ipsius predicti miri iudici cum omnia infra se abentibus cuntisque earum pertinentis et cum bice de bia sua, ut amodo et semper ipse miro et illius eredes securiter et firmiter illut sibi abeant et faciant exinde omnia quod voluerint; et pro ipsa illorum bendictione receperunt ab ipso miro iudice auri tari voni duodecim in omni deliveratione, et per combenientia ipsi mater et filiis guadia ipsius miri dederunt, tamen ipsa mulier per voluntate de ipsi filii et mundoalti sui et fideiuxores ei posuerunt stefanus de locum turricli et filius quondam grimoaldi; et per ipsa guadia obligaberunt se et illorum eredibus amodo et semper defensare ipsius miri vel at illius eredes integra illorum bendictio cum ipsa supradicta cartula ab omnes homines omnique partibus et cum bice de bie sue; et quando ipse miro et illius eredes per se defendere voluerit, potestatem illut abeant inde causare het finem facere, qualiter voluerint, cum ipsa supradicta cartula que supra declarata est et cum omnibus monuminibus et rationibus, quas de ea ostendere voluerint, et, sicut superius scriptum est, ipsi mater et filii ipsius miri iudici vel at illius eredes non adimpleverint, et suprascriptam vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumserint per quabis rationibus, per ipsa guadia componere obligaberunt se ipsi mater et filiis et illorum eredibus ipsius miri iudici, vel at illius eredes, triginta auri solidos constantinianos et, sicut superius dictum est, ei adimpleret. Et oc factum est ante me het ante alii testes, quod scripsi ego petrus protonotarius qui interfui.

† Ego qui supra ademari iudex

† Ego romoaldus.

CMXCVIII.

A. D. 1042.

† In nomine domini Vicesimo quarto anno principatus salerni domni nostri Guaimarii glorioso princeps, et quarto anno principatus eius capue, et ducatus illius amalfi, et tertio anno ducatus eius sirenti, quam et primo anno istorum principatuum et ducatuum domni gisulfi eius filii eximii principis et duci, mense iunius, decima indictione. Nos iohannes filius quondam petri et ego mulier nomine raita, qui sumus vir et uxor, Clarefacimus, quia cotidie videmus ruinam et infirmitatem et periculum mortis, qui est in oc mundum, et iam validam videmus mortalitatem per . . . . . caput aquensis ubi abitantes sumus, Unde pro hanc ratione . . . . . peccata que factam abemus in oc mundo, et cogitabimus ne . . . . . mortis nobis ebeniat, et sine loquella moriamur et causam nostram iniudicatam relinquamus, propterea per hanc cartulam ante grimoaldus spiritalis pater noster, et ante aczo mellosusi et aliis bonis hominibus iudicavimus de causa nostra in monasterio sancte sofie, qui constructum est intus salernitanam civitatem, ubi domnus iohannes venerabilis abbas preest. In primis iudicamus in supradicto monasterio pro salutis anime nostre terram cum vinea, que est sorte nostra, que nobis ebenit da laidolfus et gisulfus comitibus qui fuerunt germani; quam et iudicavimus in ipsa ecclesia sancte sofie terram cum pertinentia sua ubi casam abuimus intus castello caput aquensis, que est iusta casa grimi presbiteri, cum omnes alias rebus mea, que mihi iohanni et mihi que supra mulieri pertinet per totas fines et pertinentias de totum comitatum caput aquis; seu iudicabimus in predicto monasterio et predicta ecclesia tres capita de bacce et unu gencu, et capita de capre, et pecora triginta, et casa nostra a foras castello caput aquensis cum horganea sua et cum omnia intro se abentes, et albarii decem, et capita de porci nobem; ideo omnia, quantum superius iudicavimus in predicto monasterio, a presente assignavimus illut iamdicto domno iohannis abbati ante supradictos homines, ad securiter et firmiter amodo et semper illut eorum abendum, et faciendum inde pars ipsius monasterii et eiusque rectores omnia que boluerit, absque omni nostra et de nostris eredibus contrarietate vel requisitione; et per vona convenientia guadia dedimus ipsius domni iohanni abbati et mediatores nobis ipsis vir et uxor posuimus. tamen ego predicta mulier cum boluntate de ipsius viri et mundoald mei, et per ipsa guadia obligamus nos et nostris eredibus, ut amodo et

semper defensemus in parte predicti monasterii totum illut, que superius ibidem iudicavimus, cum vice de vie sue et cum ipso mobile et ipsa animalia da omnes homines omnique partibus: et quando pars ipsius monasterii inde per se boluerit vice nostra causare, potestatem abead inde causare et finem facere, qualiter boluerit, cum munimina et ratione que inde abuerit. Nam, si nos predicti vir et uxor omnia suprascripta non adimpleberimus in parte predicti monasterii, et aliquit inde remobere aut contradicere quesierimus nos et nostris eredibus, per ista guadia obligamus nos et nostros eredes componere in ipsum monasterium, seu cui hunc scriptum iudicatum in manu paruerit, triginta auri solidos constantinos, et ec omnia suprascripta feci ego que supra mulier cum boluntate suprascripti viri et mundoald mei, et taliter scribere rogabimus te iohannes scriba.

† Signum iohannis clerici quod manus sua fecit

† Signum manus petri filii quondam iohannis

† Signum manus nicole filii quondam iohannis de mirandu.

CMXCIX.

A. D. 1042.

† In nomine domini Vicesimo quarto anno principatus salerni domni nostri Guaimarii glorioso princeps, et quarto anno principatus eius capue, et ducatus illius amalfi, et tertio anno ducatus eius sirrentu, quam et primo anno istorum principatuum et ducatuum domni gisulfi eius filii eximii principi et duci, mense iunius, decima indictione. Nos sico et petri, germani et filii quondam godeni, Clarefacimus, quoniam nobis est pertinens abere rebus a foras hanc salernitanam civitatem propinquo ecclesia sancti viti ubi andrelle dicitur, que est terra cum arbustis vitatis, et est per as fines et mensuras: Ab oriente fine media sepe que discernit ad arcaturia, unde decurrit aqua ad molina sancti georgii, inde sunt passi quadraginta duo et medium passum: A meridie similiter fine media sepe mensurata ab intus ipsa rebus, et inde sunt passi viginti et tres: Ab occidente fine nostraque germani quod nobis reserbavimus, et inde sunt passi quadraginta: A septemtrione fine mansoni et leoni comitibus filii quondam mansoni castaldi, et inde sunt passi triginta quadtuor. Totum mensuratum ad passo iusto. Haec vero predicta rebus per supradictas fines et mensuras congruum est nobis iamdictis germanis inclitum illut commutationis or-

dine dare ipsorum mansoni et leoni comitibus; et ideo nos iamdicti sico et pe'rus, sicut nobis congruum est, bona nostra boluntate per hanc cartulam Coram presentia amati iudici commutationis hordine tradidimus vobis exdictis germanis comitibus tota et inclita ipsa rebus per supradictas fines et mensuras, cum vice de via sua et omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis, ad securiter et firmiter amodo et semper nos et nostris eredibus supradicta nostra traditione vobis abendum et omnia inde faciendum quod bolueritis, absque omni nostra et de nostris eredibus requisitione. Et pro confirmandam hanc nostra commutatione recepimus a vos predictis germanis comitibus per aliam cartulam, quam aput nos retinemus scriptam, de alia rebus nostra ibique propinquo in ipso loco, que est terra cum arbusto et vacibo uno teniente per as fines et mensuras: A meridie fine predicta rebus nostra quod nobis reserbabimus, sunt inde passi viginti quadtuor: Ab oriente fine vestraque germani comitibus, et inde sunt passi quadraginta et duo et medium passum: A septemtrione similiter fine vestraque germani comitibus, et inde sunt passi triginta quadtuor: Ab occidente fine via, inde sunt passi quadraginta, mensurati ad iusto passo. Haec autem predicta rebus per supradictas posteriores fines et mensuras a vos iamdictis germanis comitibus recepimus cum vice de via sua et cum omnia intro se abentibus et omnibus suis pertinentiis, ad faciendum inde omnia que nobis et ad nostris eredibus placuerint. Unde per convenientiam guadia vobis prenominatis germani dedimus, et fideiussore vobis posuimus adelferi comes filius quondam risandi; et per ipsa guadia obligabimus nos et nostris eredibus amodo et semper defensandum vobis et ad vestris eredibus tota et inclita supradicta rebus per supradictas fines et mensuras, quod superius vobis commutationis ordine tradidimus cum vice de via sua da omnes homines. Et quando vos iamdicti germani comitibus et vestris eredibus de supradicta nostra traditione defensores essere bolueritis, licentiam et potestatem abeatis in omnibus inde causare et finem facere, qualiter volueritis, cum omnes muniminas et rationes, quas inde ostendere bolueritis. Et si taliter omnia, qualiter superius legitur, nos et nostris eredibus vobis predictis germanis comitibus et ad vestris eredibus non adimpleberimus, et illut, quod superius legitur, vel exinde remobere aut contrare quesierimus, vel si qualiscumque causationes vobis et ad vestris eredibus exinde emiserimus, per ipsa guadia componere obligavimus nos iamdicti sico et petrus et nostris eredibus, vobis prenominatis mansoni et leoni comitibus, quam et ad vestris eredibus, centum auri solidos constantinianos, et omnia suprascripta, qualiter superius legitur, nos et nostris eredibus vobis et ad vestris eredibus adimpleamus. Et pro cognita causa mensurabimus illut quod nobis reserbabimus, ubi superius posuimus fines nostras, et est da parte meridie incipiente ab ipsa via que est ab ipsa pars occidentis, et

pergente in parte orientis usque ad illut quod vobis predictis comitibus superius tradidimus, inde sunt passi viginti tres: A septemtrione fine illut, quod nobis superius in commutationem tradidistis, incipientem ad ipsa via mensuratum in ipsa pars orientis per ipsa fine similiter usque ad illut, quod superius vobis suprascrīptis comitibus tradidimus, et est inde passi viginti sex mensuratum ad supradictum passum. et taliter scribere rogavimus te iohannes scriba.

† Ego qui supra amatus iudex.

M.

A. D. 1042.

† In nomine domini vicesimo quarto anno principatus salerni domni nostri Guaimari gloriosi principis, Et quarto anno principatus eius Capue et ducatus illius amalfi, et tertio anno ducatus eius syrrenti, Et primo anno subscriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi eximio princeps et dux filio eius, mense iunius, decima indictione. Ego iannacius abbas ecclesie sancti grammatii, que sita est intus anc salernitanam civitatem, Ante grimoaldus comes et iudex et aliis idoneis ominibus coniuntus sum cum alferius abbas ecclesie sancti maximi propter aquam que decurrit ad valneum ipsius ecclesie sancti grammatii, quam et emptam habet pars ipsius ecclesie sancti grammatii da constantinus filius quondam leonis fagilla, ut per combenientia darè ego ad ipsum alferi abbate pro parte ipsius ecclesie sancti maximi de ipsa aqua ad ipsa fistula unum iustum policarium manum hominis, ut omni tempore decurrad ad ipsa ecclesia sancti maximi, et faciendum de ipsa haqua pars ipsius ecclesie sancti maximi omnia quod voluerit. Et, sicut utrumque combenit, ante predicto comes et iudex et ipsi ydoneis ominibus, statim recepi ab ipsum alferi abbati viginti aurei tari boni faciendum quod voluero, et ego et successores meos, et pars ipsius ecclesie sancti gramatii stetimus omni tempore dare ad pars ipsius ecclesie sancti maximi ipsa aqua de unum iusto pollicarium manum ominis ad ipsa fistula, et abinde pars ipsius ecclesie sancti maximi portet ipsa aqua, quomodo voluerit, et faciat inde quod voluerit. Et obligo me meisque successores et pars ipsius ecclesie sancti gramatii semper defensandum in pars ipsius ecclesie sancti maximi ipsa aqua hab omnibus ominibus omnique partibus. Tantum, si parutus fuerit, ut per virtutem reipublice tulta fuerit de potestate

ipsius ecclesie sancti gramatii, non siat inde culpavilem pars ipsius ecclesie sancti gramatii. Et si parutus fuerit ut ipsa aqua minuaberit per tempore, et per rationem sivi imputaret pars ipsius ecclesie sancti maximi de ipsa aqua minuitatem, et non siad inde culpavilem in pars ipsius ecclesie sancti maximi. Quod si taliter omnia suprascripta per supradicto hordine ego et meis successoribus et pars ipsius ecclesie sancti gramatii non adimpleberimus in pars ipsius ecclesie sancti maximi, et aliquit inde remobere aut contradicere quesierimus pro quacumque ingenio, ad compositione obligo me qui supra iannacius abbas meique successoribus et pars ipsius ecclesie sancti gramatii ad componendum in pars ipsius ecclesie sancti maximi centum auri solidos constantinianos. verumtamen hoc memoramus ego predictus iannacius abbas, ut semper pars ipsius ecclesie sancti gramatii de ipsa aqua, qualiter supra diximus, in pars ipsius ecclesie sancti maximi ad ipsa fistula intus in aquaria vetere portandum illut, ubi voluerit et qualiter voluerit, per suprascripta obligata pena. De quibus due cartule unius tenoris inde scripte sunt, ut in aliis modis transmutate non sit; ista quod tivi predicto alferi abbati emisimus, et alia tale nostre potestatis retinemus, et taliter per notitiam et demandationem ipsius grimoaldi comiti et iudici, ante cuius presentia factum fuit, scripsi ego myrandus notarius. actu salerno.

† Ego qui supra grimoalt comes et iudex

† ego qui supra ioannacius abbas.

MI.

A. D. 1042.

† In nomine domini vicesimo quarto anno principatus salerni domni nostri guaimarii glorioso principe, Et quarto anno principatus eius capue et ducatus eius amalfi, et tertio anno ducatus eius sirrenti, quam et primo anno suprascriptorum principatum et ducatum domni gisolfi eximii principis et ducis filius eius, mense iunius, decima indictione. Memoratorium factu a me leo diaconus ecclesie sancti massimi, eo quod ante presentiam domni adelferi abbati, qui est unum de domini ipsius ecclesie sancti massimi, ibique adessent subscripti testes, per demandationem ipsius domni abbati tradidi ad tenendum et laborandum iohanni, qui dicitur grecum, filio leoni, et maraldi filio iohanni abitatori de rota, una

clusuria de terra cum arbustum pertinentem ecclesie sancti maximi, que esse bidetur in locum rota ubi pulbiciano dicitur, quam ego in beneficium teneo a pars predicte ecclesie, que est per finis et mensurie: de suptane latere, quod est a pars quasi orientis, fine bia incipiente a termite qui fictum est inter ec rebus et terra cum castanietum pertinentem de ecclesia sancte marie plebis rotense, et abiente per ipsa bia sunt inde per mensuria passi octuaginta quinque et gubitum unum, Et quasi a pars occidentis fine ipsius ecclesie, sicut termiti et media sepe discernit, et sicut coniungit in alia bia suprana que deducit inter istut et alia rebus ipsius ecclesie, sunt inde passi septuaginta quadtuor iusta ipsa sepe mensuratum, et per ipsa bia suprana mensurati passi triginta octo, qualiter deducit ipsa bia in parte orientis, et ab ipsi triginta octo passi lassante ipsa bia et pergente per fines ipsius ecclesie, sicut media sepe et termiti discernit, sunt inde passi quinquaginta unum et palmum unum, sicut coniungit ad ipsa bia: da parte orientis priore fine, totum mensuratum ad iusto passum omini. per istas fines et mensuras inclitum illut per largietate ipsius domni abbati ipsorum iohanni et maraldi tradidimus tali ordine, ut amodo et semper, natos nascendo, ad sua et de suis eredibus esse potestatis illut tenere et laborare, fobee et omnis illorum utilitatis iusta ratione ibi facere. Et amodo et semper illis et suis eredibus arbustum ipsum suo tempore de super et de supter laborare, potare, propaginare, et, ubi meruerit, arbori et biti de bono bitineo ibidem plantare et surgere, et sic per annum suo tempore illut laborare et operare, ut per omnem annum perfectum paread laboratum et operatum, quatenus in melius proficiant et non dispereant. Et amodo et semper per circoitum rebus ipsa cludere, et clusum et salbum illut abeant et faciant, donec illut per annum ad bindemiandum benerit. Et per omnem annum per tempore de bindemie ipsi iohannes et maraldus et suis eredibus faciant scire me vel pars predicte ecclesie, ut ibi pergamus vel dirigamus missum nostrum, et illis et suis eredibus arbustum ipsum suo tempore bindemiare et poma, quando meruerit, colligere, et omnis binum exinde et ipsa poma quando meruerit, ad domus ipsius maraldi tota omnis bindemia ibi portare et ad palmentum suum totum ipso binum mecum et cum missum nostrum et de partibus ipsius ecclesie dibidere per medietatem ; nos vel pars predicte ecclesie tollamus illut medietatem, et ipsi iohannes et maraldus et suis eredibus medietatem alio sic ipsa poma medietatem, Et demus ei organeum da binum, et illis et suis eredibus per omnem annum organeum ipsum conciare et studiare bonum, sicut meruerit, et reponant ipso organeum intus casa suaque maraldi, et ipso binum ibi mictere et salbum illut nobis faciant, dum illut inde tollere fecerimus, apsque degeneratione et ingne. Et ubi ipso binum inde tollere fecerimus, per omnes bices ipso organeum labare faciant et studiare,

sicut meruerit. Et per omnis annum deant mihi vel in partibus ipsius ecclesie unum parium de pulli boni pro palmentateca. Et de quo amodo et semper in ipsa rebus seminaberit, ibique ad area in ipsa rebus deant nobis terraticum vel in pars ipsius ecclesie sancti massimi, sicut est consuetudo in ipso locum: missum nostrum vel de partibus predicte ecclesie qui pro ipsa frudia recipiendum ibi direxerimus, illis autem ipso missum nutriemus secundum eorum fuerit possibilitate; quam et tradidimus eorum una pecia de terra cum quertietum pertinentem predicte ecclesie que est ibique coniuntum, quam ego in beneficium retineo, que est per finis et mensuras: ab oriente fine ipsius ecclesie sancte marie plebis rotense, inde passi quadraginta: a pars occidentis fine ipsius ecclesie; et de alie due partis fine ipsius ecclesie: ab ipsa pars occidentis abet passos quadraginta, ad iusto passo omini mensuratum. Et ista terra cum quertietum illis et suis eredibus, nato nascente, tenere et laborare, et quante sunt ipse quertie, ille cultare, sicut meruerit, et quante grandi [1]) vel alio frudium ibi fecerit, tam de ipse glandi de ipso arbustum quam et ille de ipso quertietum per annum colligere, et medietatem mihi vel in partibus ipsius ecclesie deant, et medietatem illis inde sibi abeant, et de ipsa terra quod ibi seminaberit, deant nobis annualiter terraticum secundum consuetudinem de ipso locum. Et quale tempore illis vel suis eredibus ipsa tradictione tenere et laborare noluerit aut non potuerit, inclita ipsa tradictione laborata, et operata, et cultata, et salba et per circoitum clusa remictant in partibus ipius ecclesie sancti massimi. Unde pro taliter per combenientia guadia mihi ipse nominatus iohannes et maraldus dederunt, et mediatorem mihi posuerunt iaquintus presbiter et abbas ipsius ecclesie sancte marie uius rotense; et per eadem guadia obligavit se et suis eredibus, quod si taliter omnia supracripta mihi vel in parte predicte ecclesie non adimpleberint et aliquit inde contradixerint, per ipsa guadia componere obligaberunt se ipsi iohannes et maraldus et suis eredibus mihi vel ad pars ipsius ecclesie sancti massimi biginti auri solidos costantinianos, quod scripsi ego alderissi notarius.

† Ego alderissi notarius me subscribsi

† Ego petrus notarius me subscripsi.

---

[1]) *Grandi* vel *glandi* — glandes

MII.

A. D. 1042.

† In nomine domini, vicesimo quarto anno principatus salerni domni nostri guaimari, et quarto anno principatus eius capue et dux eius amalfi, et tertio [1]) anno ducatus illius sirrentum, et primo anno principatus domni nostri gisolfi eius filius gloriosorum suprascriptorum eximii principii et ducis, mense iulius, decima indictione. In locum nucerie ante nos riccardum et ademarium iudicibus causabit ademari filius quondam iohanni presbiteri cum ioannes cognato suo et filio idem guisoni presbiteri et abbati dicentes ei, ut ipse iohannes malo hordine et sine ratione introisset in rebus ipsius ademari de locum corbaru, monte het plano et per pertinentiis et vocabulis eiusdem locis et finibus et vocabulis nucerie, monte het plano et per vocabulis eiusdem locis uius nucerie, het fobee ibidem fecisset, arbores et bites inde abscidisset, het rebus ei contrasset. quo audito ipse iohannes responsum eidem ipsius ademari retdidit dicendum, plures rebus abere het tenere in predictum locum corbaru monte het plano et per vocabulis eiusdem locis, et per vocabulis nucerie monte het plano, set nescire de quale rebus unde cum eum cause abet. ex quo inter illis nos qui supra iudicibus iudicabimus, ut pariter super ipsa rebus pergere cum iudicem het notarium, et ipse ademari monstraret eidem ipsius iohanni ipsa rebus, unde cum eum superius causabit, et utraque partes illis guadiare fecimus, ut per partes plicaret se cum suis rationibus et iuxtam legem exinde finem facere. unde ipse iohannes per absolutionem ipsius supradicti genitori suo posuit mediatore ipsius ademari roctari thio suo et filio quondam iohanni, et ipse ademari posuit mediatore ipsius iohanni iohannes monterese de locum nucerie. et taliter pro parte ipsius ademari unc scriptum scribere fecimus te petrus protonotarius actum huius nucerie.

† Ego qui supra riccardus iudex

† Ego qui supra ademari iudex.

---

[1]) Cum nequit adamussim adsignari dies Iulii, qua Guaimarius Principatus Surrenti assumpsit, eiusdem assumptionis annus poterat diversimode a notariis usurpari, ideoque in chronologicis notis et tertius vel quartus annus dici potest.

MIII.

A. D. 1042.

† In nomine domini vicesimo quarto anno principatus salerni domni nostri guaimari glorioso principe, et quarto anno principatus eius capue et ducatu illius amalfi et surrentu, et primo anno suprascriptorum principatu et ducatu domni gisolfi eximii principi et duci filii eius, mense iulius, decima indictione. Memoratorium factum a nobis grimoaldus, et iohannes, et mari germani filii quondam iaquinti de locum malluni finibus de nuceria, eo quod ante subcribti testes per comvenientia had tenendum et lavorandum tradidit nobis mulier nomine aloara comitissa, relicta quondam petri comitis filii quondam petri et filia quondam romoaldi comitis, per voluntatem de mundoalt suo, una cum ea esset (*deest nomen*) advocatore suo inclitam medietatem in parte occidentis de una pecia de rebus sua cum arbustis vitatis et pomis, quod ipsa aloara comitissa avet in ipso locum malluni subtus monte sancti cirici que est ipsa rebus per as fines: a parte meridie fine via publica: a parte orientis fine ipsius aloare, sicut inde media sepe discernit: de super a parte septemtrionis similiter fine sua: a parte occidentis similiter fine ipsius aloare, sicut inde media sepe discernit et coniungente se ad ipsa via priora fine. ec vero suprascripta pecia de terra cum arbustis vitatis et pomis per iamdicte finis, sicut diximus, inclita medietate exinde in ipsa pars occidentis nobis tradidit ad lavorandum, tali ordine cum omnis nostra causa movilia quod ibi abuerimus, scepto ipso cellaria et ipsa organea, et ire cum illut ubi voluerimus, sine contrarietate ipsius aloare vel de suis eredidus. Unde pro taliter per vona comvenientia guadia nobis ipsa haloare comitissa una cum suo advocatore et per volumtate de mundualt sui dedit, et mediatore nobis posuit iohannes (*filius*) quondam maraldi oliba; et per ipsa guadia obligavit se et suis eredibus in supradicta ratione inclita ipsa sua tradictione cum vice de via sua da omnes omines omnique partibus, et non illut nobis tollere aut contrare querat; quod si taliter omnia suprascripta nobis nostrisque eredibus non adimpleverint et aliquit inde contradixerint, tunc per comvenientia et per supradicta guadia componere obligavit se ipsa predicta aloara et suis eredibus nobis nostrisque eredibus triginta hauri solidos conflantinianos, et omnia suprascripta per supradicta ratione nobis complire ipsa predicta aloara omnia suprascripta per supradicto ordine feci per voluntate de mundualt sui et una cum illis, et unc brebem scribsi ego truppoaldus notarius

† Ego ursus me subscripsi

† Ego Iohannes me subscripsi.

MIV.

A. D. 1042.

† In nomine domini vicesimo quarto anno principatus salerni domni nostri guaimari glorioso principe, et quarto anno principatus eius capue et ducatus eius amalfi et surrentu, et primo anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisolfi eximii principi et duci filii eius, mense iulius, decima indictione. Memoratorium factum a me mulier nomine aloara comitissa filia quondam romoaldi comitis, relicta quondam petri comitis filii quondam petri, per voluntate de mundoalt mei per vona convenientia ad tenendum et lavorandum tradidi ego una cum advocatorem meum grimoaldi, et iohanni, et mari, germani filii quondam iaquinti, qui sunt avitatori de locum malluni finibus de nuceria, hante subscripti testes inclitam medietatem in partibus occidentis de una pecia de rebus mea cum arbustis vitatis et pomis, quod ego abeo in ipso locum malluni subtus monte sancti cirici, que est rebus ipsa per as fines: a parte meridie fine via publica: a parte orientis fine meaque aloare, sicut inde media sepe discernit: de super a parte septemtrionis similiter fine mea: a parte occidentis similiter fine mea, sicut inde media sepe discernit, et coniungente se ad ipsa via priora fine. ec vero suprascripta pecia de terra cum arbustis vitatis et pomis per iamdictas finis, sicut diximus, inclita ipsa medietate exinde in ipsa pars occidentis ipsorum germani tradidit ad lavorandum; unde pro taliter per vona convenientia per volumtate de mundoalt mei guadia mihi dederunt ipsi grimoaldus, et iohannes, et mari, germani dederunt, et mediatore mihi posuerunt se ipsis; et per ipsa guadia obligaverunt se et suis eredibus tali ordine, ut amodo et semper ad sua et de suis eredibus, natos nascentes, sint potestate illut tenere et dominare, et fovee et omnis sue utilitatis iusta ratione ibidem faciant, sicut meruerit, et eos cultarent, et, ubi meruerit, infra ipso arbustu arbores et vites plantare et pomis et propaginare, illis autem et suis eredibus illut ibidem plantarent et propaginarent, et sic totum eos lavorarent et cultarent de super et de subter, sicut locus ipse meruerit, ut in melius proficiant et non dispereant, ut per omnis annum vonum pareat lavoratum et cultatum et salbum, et ubi meruerit, omni tempore clusum vonum illut avere; et per tempore de vindemie faciant illis et suis eredibus nos vel nostris eredibus scire, ut dirigamus ibidem missum nostrum, et illis et suis eredibus tota ipsa medietate de ipso arbustu abto tempore rationaviliter illut vindemiarent, et totum ipso vinum ibique ad palmentum per medium illut inter nos dividamus: ipso missum

nostrum tollat ipso vinum medietatem, ipsi predicti germani tollat inde reliqua medietate de ipso vinum, faciendum inde per partes quod voluerimus, ipso missum nostrum adsignare ipsorum germani ad cellarium meum, quod ego aveo intus ipsa curte, organeum nostrum vonum da vinum ipso horganeum per illis siat vonum conciatum et studiatum, sicut meruerit, et reponant ipsa nostra sortione de ipso vinum intus ipso horganeum, et faciant illis et suis eredibus nobis vel ad nostris eredibus annualiter ipso vinum salbum, donec illut inde tulerimus absque degeneratione et ingne; poma vero et castanee et nuci, qui ibidem sunt, suo tempore, quando meruerit, illis vel suis eredibus ille colligere: medietatem inde illis nobis adducere in ista civitate ad domus mea, et medietatem inde illis sivi avere, ipso missum, dum ibidem venerint per tempore de vindemie pro recipiendum ipsa nostra sortionem de ipso vinum, ipsi predicti germani et suis eredibus illum nutrire secundum suam possivilitate et palmentatica ei dare, sicut meruerit; et de quod ibidem seminaverint amodo et semper, deant inde omne anno ad ipso missum iusto terraticum secundum consuetudinem de ipso locum; et quale tempore ipsi predicti germani et suis eredibus ipsa rebus in supradicto ordine tenere et lavorare non voluerint aut non potuerint, inclita ipsa rebus lavorata et cultata vona et salba et, ubi meruerit, clusa et ipsa organea salba remittere ad potestate meaque aloare, vel de meis eredibus, faciendum exinde omnia quod voluerimus, et liceant ipsi predicti germani vel suis eredibus inde exire cum omnis sua causa movilia, quod.ibi abuerint, scepto ipso cellario et ipsa organea, et ire cum illut ubi voluerint, sine contrarietate meaque aloare vel de meis eredibus. quod si taliter omnia suprascripta ipsi predicti germani vel suis eredibus mihi predicte aloare vel ad meis eredibus non adimpleverint et aliquit inde contradixerint, tunc per comvenientia et per supradicta guadia componere obligaverunt se ipsi predicti germani grimoaldus, et iohannes, et mari, vel suis eredibus, mihi predicte aloarevel ad meis eredibus triginta hauri solidos constantinianos, et omnia suprascripta per supradicta ratione nobis complire. ego predicta aloara omnia suprascripta per supradicto ordine feci per volumtate de mundoalt mei, et una cum illis cum ipsi supradicti grimoaldus et iohannes et mari germani et filii predicti iaquinti ante subscribti testes. et unc brebem scribsi ego truppoaldus notarius.

† Ego ursus me subscripsi

† Ego Ioannes me subscripsi.

MV.

A. D. 1042.

† In nomine domini vicesimo quarto anno principatus salerni domni nostri guaimari, et quarto anno principatus eius capue et ducatus illius amalfi, et tertio [1]) anno ducatus illius sirrentum, et primo anno principatus domni nostri gisolfi eius filii gloriosorum principum et suprascriptorum eximiis ducis, mense augustus, decima indictione. Memoratorium factum a me iohannes de locum nuceria filio quondam alfani qui fuit genero et filiastro faroaldi, eo quod ante subscripti idoneis omines per combenientia ad tenendum et lavorandum tradiderunt michi lando et iohannes comitibus, germani filii quondam petri comiti, de rebus illorum una pecia de terra cum arbustum vitatum quod habet in predictum locum nucerie, ubi mal- luni dicitur a subtus et coniuntum in ipso monte sancti cirici, ubi modo rocca est modo incetta [2]), que est ipsa rebus per as fines: a parte meridie fine via puplica : a parte occidentis fine nostra et de consortes nostros: de super a parte sebtemtrionis fine ipsorum iamdicti germani et comitibus: a parte orientis fine petri clerici et abbati, sicut inde media sepe discernit usque in ipsa iamdicta via pubplica priora fine. de ec vero rebus cum arbustis quod diximus, per iamdictas finis cum omnia infra se abentibus et suis pertinentiis cum vice de via sua inclita medietas a pars orientis secus fine predicti petri clerici et abbati exinde michi ipsi predicti lando et iohannes germani ad tenendum et lavorandum tradiderunt in oc ordine, ut amodo et semper tota et inclita ipsa supradicta est tradictio ad mea et de meis eredibus sit potestate tenere et dominare, et fobee et omnis nostre utilitatis iusta ratione ibi facere, et a presentis faciamus ibidem unum acplictum de casa lignitia vonum clusum et coopertum, sicut meruerit, et tota ipsa suprascripta tradictio acto tempore de super et de subtus illut lavoremus et cultemus et studiemus vonum et, ubi meruerit, arbores et vites ibidem plantemus et propaginemus et surgamus illut, sicut meruerit in ipso locum, ut vonum pareat annualiter lavoratum et cultatum de super et de subtus tota ipsa suprascripta tradictio, ut in melius proficiant et non dispereant, et salbum illut fa-

---

[1]) Lege : quarto.

[2]) *Incetta* — incepta.

ciamus, sicut decet, et ipsi germani ad missum illorum assingnaret michi meique eredibus ibique organeum da vinum, et ipso organeum per me et meis eredibus per omnis annum siant vonum conciatum et studiatum, sicut meruerit, et per tempus de vindemie, quando meruerit, ego et meos eredes faciamus scire, ipsi suprascripti comitibus et illorum eredes, ut ibidem dirigat missum, et nos illut vindemiemus et ibique in ipso palmentum fabritum, qui ibidem est intus ipsa tradictione procuremus, et omnis vinum quod inde exierint, per medium dividamus : illis vel missum illorum tollat de omnis ipso vino medietatem, et ego et meis eredibus medietatem, tamen ipso supradicto organeum reponamus intus ipso acplictum quod nos ibidem fecerimus et ibidem midtamus ipsa sortione illorum de ipso vino quod est medietas, et ego et meos eredes faciamus ipso vino salvum, donec illut inde tulerint, absque degeneratione et ingne, et ipso missum qui per vindemie ibidem steterit, ego et meis eredibus illut nutricemus secundum nostra possivilitate, et palmentaticum ei demus, sicut iustum fuerit. Et de quod amodo et semper ibidem seminamus, demus inde terraticum secundum consuetudinem de ipso locum ; et quale tempore ego et meis eredibus tota suprascripta tradictio tenere et lavorare non voluerint aut non potuerint, inclitum illut lavoratum et cultatum, qualis meruerit, cum medietate de ipso palmentum fabritum salbum remidtamus ad potestate de ipsi predicti lando et iohanni germani comitibus et de eorum eredes, faciendum quod voluerint, et ego et meis eredibus licentiam habeamus inde excotere omnis nostra causa mobilia quod ibidem abuerimus. de qua per vona convenientia guadia michi ipsi supradicti lando et iohanni germani comitibus dederunt, et mediatorem michi posuerunt iohannes de eodem locum nucerie filium quondam maraldi ; et per ipsa guadia obligaverunt se et suis eredibus amodo et semper defensandum michi meique eredibus tota et inclita ipsa suprascripta tradictio cum medietate de ipso palmentum fabritum et cum vice de vie sue da omnes omines omnique partibus, et non illut nobis tollere aut contrare querat, set adimpleret nobis omnia, ut supradiximus. quod si taliter omnia suprascripta illis et suis credibus michi meique eredibus non adimpleverint, et aliquit inde contradixerint, per supradicta guadia componere obligaverunt se ipsi suprascripti lando et iohanni germani comitibus et illorum eredibus michi meique eredibus, aut cui brebem iste in manum paruerit, viginti auri solidos constantinianos, et omnia suprascripta nobis adimpleret. verumtamen et oc memoramus, in simul et tradiderunt michi meique eredibus ipsi supradicti lando et iohanni germani comitibus de ipsa rebus illorum, que est terra cum quertietum da capite ab ipso arbustum de suprascripta tradictione usque sursum de ipso monte sancti cirici, ut de quantum inde lavorare potuerimus, ego et meos eredes licentiam abeamus eos lavorare et cultare, sicut meruerit. tantum demus inde eorum terraticum iusta

consuetudo ipsius loci, sicut superius dictum est, et ipse quertie et de quocumque fruges quod ibidem parutus fuerit abere, inclita medietatem inde eorum demus, et reliqua medietatem exinde nobis abeamus per supradicta guadia et obligata pena, quod scripsi ego petrus notarius.

† Ego guandelferi

† Ego dauferius.

MVI.

A. D. 1042.

† In nomine domini vicesimo quinto anno principatus domni nostri guaimari salerni, et quinto anno principatus eius capue, et quarto anno ducatus eius amalfi et sirrenti, et primo anno principatus et ducatus domni nostri gisolfi eius filii gloriosi principibus, mense sebtember, undecima indictione. Memoratorium factum a me iohannes curcone filio landolfi de apus monte, eo quod ante presentia ademari comitis et iudex ad tenendum et lavorandum tradidit michi grimoaldus comes filius quondam romoaldi inclita sortionem de rebus sua, quod abet in ipso locum apus-monte, que sunt de tribus pecie de terra cum arbustis et abellanietum, quod commune abet cum consortibus suis, qui sunt eredes grimoaldi comitis thio suo et eredes alfani germano suo. Unam ex ipse pecie est a super via puplica que pergit ad nucerie, et alia pecia est a subtus ipsa via, et ipsa alia pecia est coniuncta cum ipsa via. Ipsa pecia, que est a super ipsa via, per ec finis et mensurie: de una parte fine ipsa via, et de super fine sicut termiti et sepe discernit, et de alie duobus partibus fine illorum. Ipsa alia pecia, que est a subtus ipsa via, de una parte fine ipsa via, et de alie partis fine illorum. similiter et ipsa alia pecia que est coniunta ad ipsa via, est de due partis fine illorum. de inclite iste tribus pecie quartam partem, quod est sortionem suam, michi tradidit: simulque et tradidit michi unam quartam partem de alia pecia cum arbustum in ipso locum et propinquo que est sortionem suam, quod tenuit abbate iohannes abitator de ipso locum, sicut diximus, inclita ipsa quartam parte de tote ipse pecie quod est sortione sua, michi tradidit tali tinore, ut amodo et omni tempore ego et meos eredes, natos nascentes, nostre potestatis illut tenere et dominare, et omnis nostre utilitatis iusta rationem ibi facere, et illut laboremus annualiter temporibus suis, sicut me-

ruerit de super et de subter, et, ubi meruerit, arbores et bites et abellane illut ibidem plantemus et propaginemus, sicut merberit, et homines ibi ad abitandum et laborandum mittamus, et ubi ipsa rebus divisam abuerit cum ipsis consortibus suis, faciamus in ipsa sua sortione unum applictum de casa bona et palmentum frabitum, et semper hominem ibidem mittamus ad abitandum, et illut laboremus bonum per omnis annum, sicut meruerit, et salbum illut faciamus et, ubi meruerit, clusum illut abeamus, ut semper de super et de subter bene pareat laboratum et cultatum, et per omnis annum per aree et vindemie faciamus scire ipsum grimoaldus vel eius eredes, ut dirigat ibidem missum suum, et nos illut abto tempore recolligamus et vindemiemus, et omnis vinum qui inde exierit, dividamus illut ad palmentum in tertiam partem: illis tollant illut due partis, et nos una tertiam partem, et si boluerit illis ponere ibidem ipsa sua sortione de ipso locum, deant ibidem nobis organeum bonum da binum per nos conciatum et studiatum, sicut meruerit, et repositum in casa nostra ubi abitaberimus, et salbum illut eorum faciamus, dum illut inde tulerint absque degeneratione et ingne, et ipse abellane per tempore suo annualiter colligamus et sechemus, et dividamus ille cum missum illorum in tertiam partem: illis tollant due sortis et nos una. ipso missum qui ibi benerit pro recipiendum ipse suis sortionis, nos illum nutriemus usquedum pro illut recipiendum ibidem steterit iusta rationem, sicut illorum fuerit mensure et nostram possibilitatem, et demus ei palmentaticum et terraticum, sicut locus ipse est consuetudo; et amodo et omni tempore, dum nos et nostris eredibus suprascripta rebus tenere et laborare boluerimus, inclitum illut quod est sua sortione, nobis nostrisque eredibus defensare cum vice de vie sue da omnes homines omnique partibus et nullam inde nobis contrare querat; et quale tempore illut tenere et laborare noluerimus, liceat nos inde exire cum omnis nostra causa mobilia que ibi abuerimus, sine illorum contrarietate, et ista suprascripta eorum tradictio clusa, sicut meruerit, et laborata bona, sicut illo tempore meruerit, ad eorum perbeniant potestatem, faciendum omnia quod boluerint. de qua per combenientiam guadia michi ipse grimoaldus comes dedi et mediatorem michi posuit petrus comes filius quondam godeni; et per ipsa guadia obligavit se et suos eredes, ut si de omnia suprascripta aliquid remobere aut contrare quesierint et, sicut dictum est, nobis non adimpleberit, componere nobis vel ad nostris eredibus triginta auri solidos costantinianos, et, sicut superius legitur, nobis complirent; sic tamen, et si non potuerint illis nobis defensarent ipsa quarta pecia que tenuit ipse iohannes abbas ad laborandum, nullam siant illis inde nobis culpabilis; et quale tempore ipsa rebus laborare noluerimus et inde exierimus, tunc ipsa casa et palmentum, que ibi feceri-

mus, ibidem illut dimittamus, faciendum illis exinde omnia quod boluerint, et unc brebem scribsi ego dauferius notarius qui interfui.

† ego qui supra ademari iudex.

MVII.

A. D. 1042.

† In nomine domini anno vicesimo sexto [1]) principatus salerni domni nostri guaimari, et quinto anno principatus eius capue, et quarto anno ducatus illius amalfi et sirrentum, et primo anno principatus domni nostri gisolfi eius filius gloriosorum suprascriptorum eximii principi et ducis, mense sebtember, undecima indictione. Memoratorium factum a me guaimarius comes filius quondam guaimari comiti pro vice gemme sorori mee relicta quondam guaiferi et filia supradicti guaimari comiti et iohannes presbiter gratia dei abbas monasterii sancte sofie, quod ipse supradictus guaiferius a nobo fundamine construxit in rebus sua intus cibes salerno, eo quod ante subscripti testes ad tenendum et lavorandum tradidimus nos racco filius quondam iohanni, et iohannes filius quondam maraldi, et mirandus filius quondam balsami, et ademari et ferrandus et golechisi germani filii quondam iohanni due pecie de terris cum arbustis, quod ipsa gemma et ipso nostro monasterio abet in eodem locum nucerie ; prima pecia ubi dicitur a la labinata, et alia rebus propinquo ubi dicitur ermoaldo. Ipsa iamdicta pecia da la labinata as fines et mensuras: a parte sebtemtrionis fine ipsius gemme het de ipso nostro monasterio, inde abet passi biginti octo et medium: a parte orientis fine ipsius iamdicte gemme het de ipso nostro monasterio, inde passi sebtuaginta duo: a meridie fine bia pubplica, inde passi triginta et medium : et ab occidente fine bia cupa et coniungente se usque at priora fine, inde passi sebtuaginta sex. Secunda alia pecia de predictum locum ermoaldum per ec finis et mensurie: a parte orientis fine ipsius gemme het de ipso nostro monasterio, inde passi biginti duo et medium ; et a meridie fine ipsius similiter gemme et de ipso monasterio , sunt passi triginta unum et

---

[1]) Lege: quinto.

medium; et ab occidente fine predicte gemme et de ipso nostro monasterio et inde abet passi biginti, et a sebtemtrionis iterum similiter fine gemme het de ipso monasterio et coniungente se usque at priora fine sunt passi quadraginta unum: tota mensuria suprascripta ista est mensurata at iuxto passum ominum. ec vero ambe ipse pecie cum arbustis per iamdicte finis et mensurie, cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentis et cum bice de bie sue ego iamdictus guaimari comes pro bice ipsius sorori mee, et ego supradictus abbas pro pars nostri monasterii ipsorum omnes suprascripti at lavorandum tradidimus ipsius predicto racco tertiam parte et ipsius iamdicto iohanni aliam tertiam parte, et ipsorum prenominati mirandus, ademari, ferrandus, golechisi similiter alia tertiam parte; ego iamdictus guaimarius tradidit ipsorum suprascripti de ipsa rebus illut quod pertinet ipsius sorori mee per supradicto guaiferi biro suo; et ego iamdictus abbas tradidit ipsorum illut quod pertinet in ipso nostro monasterio, tali ordine, ut amodo et semper omni tempore at illorum et de illorum eredibus sint potestatis illut tenere et dominare, het fobee het omnis illorum hutilitatis iuxta rationem ibidem faciant, et illis lavorarent, potarent, pastenarent et propaginarent, et ubi meruerit, infra ipse tradictiones arbores et bites illis ibidem pastenarent et plantarent, et sic totum illis lavorarent de super et de subter per omnis annum rationabiliter, sicut locus ipse meruèrit, ut in melius proficiant et non disperant. Et per omnis annum per tempore de bindemie faciant ipsi omnes suprascripti et illorum eredibus scire ipsa gemma et suos eredes, et me nominatus abbas et meos posteriores, vel pars nostri monasterii, ut ibidem dirigamus missum nostrum, et illis et illorum eredibus rationabiliter illut bindemiarent et totum ipso binum quod inde exierit, per medium illut dibidamus: ipso missum nostrum tollat medietatem, et illis et illorum eredibus reliqua medietatem, iterum et illut bindemiarent at palmenta illorum, et ipsa nostra medietate illut nobis atducant salbum husque at cellarium nostrum quod abent ipsa gemma et ipso nostro monasterio in locum nucerie at curte nostra maiore ubi a lasta tua dicitur, et midtant illut in organeo nostro qui illorum ibidem atsignaberimus, et ipso horganeo per omnis annum per illis et per illorum eredibus siat conciatum et studiatum bonum, sicut meruerit, sequenter binum qui ibidem miserint; et dum ibidem steterit ipso missum pro ipso binum recipiendum, illis illut nutrirent, sicut iuxtum fuerit secundum illorum possibilitate, et deant inde nobis palmentatikum, sicut meruerit, et de quod ibidem seminaberint, deant inde at ipso missum iuxto terraticum secundum consuetudinem de ipso locum; et quale tempore ipsi omnes suprascripti et illorum eredibus ipse tradictiones per iamdicto ordine tenere het lavorare non boluerint, aut non potuerint, inclitum illut lavoratum et cultatum illut remidtant at potestate ipsius gemme vel ad eius eredes, vel ubicumque

per illa datum paruerit, et michi nominatus abbas et at meos posteriores, vel at pars nostri monasteri, faciendum quod voluerimus; et liceat illis et illorum eredibus inde exire cum omnis causa illorum mobilia quod ibidem abuerint, et iret cum illut ubi voluerit. unde pro taliter per vona combenientia guadia nobis ipsi omnes suprascripti communiter dederunt michi nominato guaimari pro vice gemme sorori mee, et una mecum qui supra abbas adexet iohannes castaldus atvocator eiusdem nostri monasterii et mediatorem nobis posuerunt maraldus filius quondam stefani de locum turricle; et per ipsa guadia obligaberunt se het illorum eredibus, ut si omnia suprascripta nobis non adimpleverint et aliquit inde contradixerit, per ipsa guadia obligaberunt se het illorum eredibus at componendum michi nominato guaimari comiti et at meis eredibus, seu at ipsa gemma et at suos eredes et michi nominato abbas et at meos successores vel at pars nostri monasteri, vel cui unc brebem in manum paruerit, biginti auri solidos constantinianos. berumtamen memoramus potestatem het licentiam abeant illis et illorum eredibus in ipse tradictiones ominem midtere at lavorandum quale veluerint, quod scripsi ego petrus protonotarius qui interfui.

† Ego Iohannes

† In oc ego petrus affirmo.

MVIII.

A. D. 1042.

† In nomine domini vicesimo quinto anno principatus salerni domni nostri guaimari gloriosus princes, et quinto anno principatus eius capue, et quarto anno ducatus illius amalfi et surrentu, et primo anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisolfi eius filii eximii principis et ducis, mense september, undecima indictione. Ego landemari comes filius quondam maraldi, sicut michi congruum est, vona mea bolumtate per anc cartulam ante presentia amati iudici dono adque ad semper abendum confirmo bobis mansonis et leonis comitibus germani filii quondam mansoni castaldi inclita medietate de una pecia de terra bacua, quod comune habeo cum landolfus germanus meus a foras anc cibitate, ubi andrelle dicitur propinquo flubio lirno, que est per as fines: a parte occidentis finis via; a parte septemtrionis fine siconi et petri germani filii quondam godeni et aliquantum per fine de rebus vestraque germani, sicut media sepe dissernit: a parte orien-

tis fine aqua que decurrit de molina vestraque germani: a parte meridie similiter finis via. Ec autem predicta pecia de terra infra iamdictas fines inclita medietate inde vobis iamdictis germanis donabi cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis et cum vice de ipse vie, ad securiter et firmiter amodo et semper vos iamdictis germani et vestris eredibus suprascripta mea donatione abendum et omnia inde faciendum quod volueritis, absque omni mea et de meis eredibus contrarietate vel requisitione: Unde pro confirmandam et stabilissendam anc suprascripta mea donatione, nunc a presentis secundum legem suscepi a bos iam dictis germanis launegilt grosena [1]) una, sicut inter nobis combenit: finitoque launegilt ipsum aput nos ea ratione, per combenientia guadia vobis iamdictis germanis dedi et fideiussore vobis posui ioannes comes filius quondam adenolfi iudici; et per ipsa guadia obligo me et meis eredibus amodo et semper defensandum vobis predictis germanis et ad vestris eredibus inclita suprascriptam mea donationem da omnis omines. Quot si minime illut vobis et ad vestris eredibus defensare potuerimus, tunc, sicut in lex langnobardorum de donum et launegilt continet, ita ego et meos eredes adinpleamus et persolbamus exinde vobis et ad vestris eredibus iustitiam; et quando vos iamdicti germani et vestris eredibus de suprascripta mea donatione per bos ipsis volueritis essere auctores et defensores, tunc licentiam et potestatem abeatis in omnibus inde causare et finem facere, qualiter volueritis cum omnis monimen et ratione quas inde ostendere bolueritis. Et si taliter omnia, sicut superius legitur, ego et meos eredes vobis predictis germanis et ad vestris eredibus non adimpleverimus, et illut vel exinde vobis remobere aut contrare quesierimus, vel si qualiscumque causationes vobis et ad vestris eredibus exinde emiserimus, aut preposuerimus, per ipsam guadiam componere obligo me ego iamdictus landemari et meis eredibus vobis predictis germanis comitibus, quam et ad vestris eredibus, quinquaginta auri solidos constantinianos et omnia suprascripta ego et meos eredes vobis et ad vestris eredibus adimpleamus. Et taliter scrivere rogavimus te romoaldus notarium, actum salerno.

† Ego qui supra amatus iudex

---

[1]) *grosena*, forsitan idem ac *crosina*: pallii, seu vestis genus.

MIX.

A. D. 1042.

† In nomine domini bicesimo quinto anno principatus salerni domni nostri waimari, et quinto anno principatus eius capue et ducatus eius amalfi [1]), et quarto anno ducatus illius sirrenti, et primo anno suprascriptorum principatum et ducatum domni gifolfi et ducique eius filio eximius princeps, mense octuber, undecima indictione. memoratorium factum a me domnus alferus archipresbiter et abbas ecclesie sancti maximi, et sum unum de dominium predicte hecclesie, eo quod ante presentiam grimoaldi comitis et iudici per combenientiam tradidi ad tenendum et casa faciendum arnolfi filius quondam ioanni terra bacua pertinentem iamdicte hecclesie intus anc salernitanam civitatem que est a super ipsam ecclesiam, qui est per as fines et mensuras, et est terra ipsa bacua ex omni parte fine iamdicte hecclesie: a parte orientis sunt pedes duodecim: a parte meridie sunt pedes viginti: ab occidentis sunt pedes alii biginti: de super parte a parte septentrionis sunt pedes viginti sex ad iusto passum omini mensuratum. per iste finis et mensuras inclitum illut ei tradidi, tali ordine, ut amodo et usque viginti nobem anni completi licead illum et eius heredes in eadem terra fobee et omnes sue utilitati iuxta rationem ibi faciant, et in tota ipsa terra per iamdicte finis et mensuras ille vel eius heredes faciant ibi casa lingnitia terranea, sicut meruerit, et ibidem residere et abitare si boluerit, et omines ad residendum ibi mictere usque ipso constitutum, et dedit ille modo michi exinde censum de suprascripta tradictione decem auri tari boni. Et de completi decem anni, ud amodo se compleant, et iam abinde in antea usque ipso constitutum per omnes annum de mense octuber ille vel eius heredes deant mihi vel in pars iamdicte hecclesie exinde censum unum aureum tari vonum per omnes annum. Ad completi ipsi biginti nobem anni liceat illum ubi boluerit, et eius heredes exsigere tota et inclita omnes lingnamina et portaret illam ubi boluerit, et cum omnia sua causa mobilia, sine contrarietate mea vel da pars iamdicte hecclesie, et tota et inclita ipsa terra bacua per supradicte finis et mensuras rebertar ad potestatem in partibus iamdicte hecclesie. Unde in eo ordine per combenientiam guadia ipse arnolfus

---

[1]) *Lege potius*: quarto anno Ducatus Amalphiae.

michi dedi, et fidexiuxorem michi posui seipsum per apposita omnes pingnora et causam suam legitimo ed inlegitimo; et per ipsa guadia obligavit se et suos eredes, ud si aliquit de omnia suprascripta nobis vel in pars iamdicte hecclesie non adimpleberit, per ipsam guadiam obligavit se et suos eredes ad componendum nobis vel in pars iamdicte hecclesie triginta auri solidos costantinianos. Quod scribsi ego alderissi notarius.

† Ego qui supra grimoalt comes et iudex.

MX.

A. D. 1042.

† In nomine domini vicesimo quinto anno principatus salerni domni nostri guaimari glorioso principe, et quinto anno principatus eius capue, et quarto anno ducatus illius amalfi et surrentu, mense octuber, undecima indictione. Ideoque ego iohannes, qui sum avitator in locum paternu finibus de apus-monte, filius quondam iohanni, qui dicitur scaldafolia, sicut mihi congruum est vona mea voluntate ante subscripti testes per anc cartulam venumdedit adque ad semper avendum confirmo tivi iohanni presbiteri de eodem locum paternu filio iohanni presbiteri due pecie de terris mee vacue et cum aliquante quertie quod..... predictus iohannes aveo in monte qui dicitur maimanu et toru de gattuli dicitur a super ipso locum paternu; prima pecia est per as fines et mensuras: a parte meridie fine meaque iohanni et de consortibus meis, inde sunt passi viginti quinque: de super a parte septentrionis saliente per vallone et inde sunt passi alii viginti quinque, ab inde revolbente in ipsa parte inde sunt passi quadraginta: de super capite similiter fine mea et de consortibus meis, et inde sunt passi viginti duo: ab occidente descendente similiter per fine nostra et tuaque iohanni presbiteri et coniungente ad ipsa priore fine, et inde sunt passi quadraginta sex. ipsa alia pecia in eodem locum est per as finis et mensuras: a parte occidentis fine de consortibus nostris et tuaque iohanni presbiteri, inde sunt passi viginti unum: a parte orientis saliente usque medio ipso toru de gattuli et per fine nostra, et inde sunt passi usque medio ipso toru et sancti salbatori, et inde sunt passi tridecim, quod ista fine da parte septentrionis, a parte meridie descendente per fine ipsius ecclesie sancti salbatori et coniungente se ad ipsa priora fine et inde sunt per fine tuaque iohanni presbiteri passi quadraginta quadtuor; tamen, sicut diximus, tota ipsa rebus est ex omni parte fine tuaque iohanni presbiteri, et mea, et de consortibus meis :

tota supradicta rebus mensuratum ad iusto passum omini. Ec vero supradicte ambe pecie de terris cum quertie et vacuum per supradicte finis et mensurie tote et inclite cum omnia intra se aventibus omnibusque suis pertinentiis et cum vice de vie sue inclitum illut tivi predicto iohanni presbiteri venumdedit, ad securiter et firmiter amodo et semper tu tuique eredibus illut avendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum quod volueritis, absque omni mea et de meis eredibus, aut cuiqua ominibus contrarietate vel requisitione. unde pro confirmandam et staviliscendam anc nostra vindictione, nunc a presentis recepi ego predictus iohannes a te predicto iohannes presbiter auri tari voni octo, sicut inter nobis comvenit in omnis deliveratione, de qua ego supradictus iohannes per vona convenientia guadia tivi predicto iohanni presbitero dedit et mediatore tivi posuit maio filium marocze et leoni; et per ipsa guadia obligo me et meis eredibus amodo et semper antistandum et defensandum tivi tuique eredibus tota et inclita supradicta mea vindictione cum vice de vie sue da omnes omines omnique partibus; et quando per vos ipsi bolueritis inde esse auctores et defensores, potestatem aveatis in omnibus inde causare et finem facere, qualiter volueritis, cum omnibus muniminibus et rationibus, quas inde avere potueritis. et si taliter omnia, sicut superius legitur, illut tivi tuique eredibus non adimpleverimus, et illut vel exinde remobere aut contrare quesierimus, aut si quodcumque causationes inde vobis preposuerimus, per vona convenientia et per supradicta guadia componere obligo me predictus iohannes et meis eredibus tivi iohanni presbiteri et tuis eredibus, et cui cartula ista in manum paruerit, biginti auri solidos costantinianos, et omnia suprascripta vobis adimpleamus per supradicta guadia et obligata pena, et taliter scribere rogavimus te truppoaldus notarius, actum apus-monte. verumtamen memoramus ego supradictus iohannes ipsa supradicta mea vendictione fecimus illut ante presentia ugoni castaldei et iudici suprascripta disturbatum quinto et quarto et octuber legit, quod subiunsit ego superius dictus truppoaldus notarius subiunxit.

† Ego mirandus

† Ego ioannes.

MXI.

A. D. 1042.

† In nomine domini vicesimo quinto hanno principatus eius salerni domni nostri guaimari, et quinto hanno eius. . . . . et amalfi, et quarto hanno ducatus eius amalfi et sur-

rentum, et primo anno principatus domni nostri gisolfi . . . . subscriptorum eximii principis et ducis, mense november, undecima indictione. memoratorium factum a me machenolfus filio quondam machenolfi de nucerie, eo quod ante subscripti testes per bona combenientia tradidit eis petrus et iohannes germani filii garofali de locum floccanu due pecie de terris nostre cum arbustis vitatis in iamdicto locum floccanum, ubi ad gorga de lupenum dicitur, per finis et mensurie, sicut ipsa mea cartula continet, quod ego da ipsi germani paratum abeo per suprascripta cartula per finis et mensurias; prima pecia que est ad fine via . . . . biana: a pars septentrionis fine. . . . . via, sunt inde passi decem et gubito: a pars occidentis fine de consortibus illorum, inde sunt passi sexaginta hocto et medium: de super a pars meridie et inde fine de consortibus illorum, inde sunt passi quadtuordecim: a pars orientis et inde fine de consortibus illorum, inde sexaginta octo. secunda pecia per hec finis et mensurie: a pars septemtrionis fine alexandri, inde abet passi tridecim: a pars orientis fine mea inde passi triginta quadtuor; a pars meridie sicut poiu discernit, inde sunt passi undecim et medium: a pars occidentis et inde fine mea inde sunt passi triginta quadtuor, totum ad iusto passum homini est mensuratum. hec vero rebus per iamdicte finis et mensurie inclita medietas de ipsa secunda pecia medietas in partibus meridie et priora pecia medietas in partibus occidentis de ipsa predicta mensuria medietas ipsorum germani tradidit in tali ordine, ut amodo et semper homni tempore, natos nascentes, a sua et de suis heredibus sint potestatem illut eos tenendum, et dominandum, et fobee et omnis sue utilitatem iusta ratione ibidem faciant, et, ubi meruerit, arvores et vites illis eos ibidem pastenaset et propaginaset et cultare de super et de subter, sicut locus ipse meruerit, ut semper bonum paread lavoratum et cultatum, ut in melius proficiant et non dixpereant, et amodo et semper homni tempore per tempore de vindemie faciant illis vel illorum eredes nobis vel nostris heredibus, ut dirigat aut pergat ibidem missum nostrum, et illis vel suis heredibus abto tempore illis vindemiare et ad palmentum ipso vino procurarent, et sic ipso vino per medietatem inter nos dividamus; nos et nostris heredibus tollamus inde medietatem, et ipsi germani vel illorum eredes tollant inde eos alia reliquam medietatem, et ipsa medietas de ipso vino que est sortione nostra, illis nobis adducat usque ad casa nostra da la torre, et ipsa sortione sua de ipso vino mittant illis in organeum nostrum, et per illis vel per illorum heredes siad bonum conciatum et studiatum, sicut meruerit: missum nostrum que ibidem steterint pro ipsa vindemia, illis nobis eorum nutrire secundum illorum possivilitate, et deant inde nobis palmentaticum iusta ratione, et ipsa terra, quod superius diximus, quod ego illorum tradidit, annualiter conciare ipsa terra de subto bona arata et studiata, medietatem sementem nos

reponamus in ipsa terra, et medietatem studiemus ipsi lavori, et ad area per medietatem inter nos dividamus: nos vel nostris eredibus tollamus medietatem, et ipsi germani vel illorum heredes alia medietate, et ipsa priora pecia de terra cludant illis et clusam abeant da partibus da ipsa via staviana. Et qualecumque tempore illis vel suis heredibus ipsa nostra tradictione tenere et lavorare noluerint aut non potuerint, et illis diebus causa sua mobilia ibidem abuerint, liceant illis vel suis heredibus inde exire et portare ubi voluerint, et tota ipsa rebus pastenata et cultata remittant ad nostra vel de nostris heredibus potestatis. unde in eo ordine per bona combenientia guadia michi ipse petrus et iohannes dederunt, et mediatorem michi posuerunt iohannes filius quondam iohanni gualperti de eodem locum floccanum; et per ipsa guadia obligaverunt se et suis eredibus, ut si taliter omnia suprascripta michi meique eredibus noluerint adimplere, vel aliquit inde eos contradixerint, per ipsa guadia obligaverunt se et suis eredibus ad componendum michi meique heredibus viginti auri solidi constantiniani. verumtamen oc recordamus, ut ipsi lavori quod supra diximus, illis ipsi lavori zappare et studiare, sicut meruerit tantum ad omnia factum ipsi lavori medietatem inde nobis deant medietatem. et unc brebem scripsi ego iohannes notarius qui interfuit.

† ego guandelferi

† ego romoaldus.

MXII.

A. D. 1042.

Summarium :

† Vigesimoquinto anno Principatus Salerni Guaimarii, et quinto Principatus eius Capuae, et quarto Sirrenti et Amalphiae, et primo anno dictorum Principatuum et Ducatuum Gisulfi filii eius, mense Novembri, XI Indictione.

Traditio terrae cum vinea in loco Apus-monte pertinentis ad ecclesiam sancti Maximi (Salerni) facta per iussionem Adelferii archipresbyteri et Abbatis eiusdem ecclesiae cuidam Memo a quodam Leone pro medietate vini et annuo terratico.

Truppoaldus notarius hanc chartam exaravit.

Subscriptiones testium »

† Ego Mirandus

† Ego Maiu.

MXIII.

A. D. 1042.

† In nomine domini vicesimoquinto anno principatus salerni domni nostri guaimari, et quinto anno eius capue et ducatus illius amalfi [1]) et quarto anno ducatus illius sirrentum, et primo anno principatus domni nostri gisulfi eius filii gloriosi et suprascriptorum eximiis ducis, mense december, undecima indictione. memoratorium factum a me petrus clericus filio quondam ursi presbiteri et abbati, eo quod ante subscripti idoneos omines per combenientia coniunctus sum cum maraldum et leotardum germanis filiis quondam mari de locum nuceria propter ad dividendum cum illis rebus de locum corbarum, qui est monte et plano, et rebus que dicitur da la vetirina que coniuncta est cum alia rebus da corbarum, quod ipsi maraldum et liotardu germani ante os paratum abet da iohannes clericus germanus meus. unde ipsi nominati maraldum et liotardi germani ante os annos dedit et tradidit michi . . . . . . clerico in vicaria inclita medietate ipsa rebus da corbarum et illut da veterina medietate, et tota et inclita una pecia de terra cum ortale in ipso locum nuceria, sicut ipsa mea cartula . . . . . . est continente, et ipsi suprascripti maraldus et liotardus germani per alia cartula pro exinde receperunt a te supradictus petrus clericus tribus pecie de terris; una pecia de terra vacua da stavi ubi dicitur a le grottole, et alia pecia medietate in locum angre ubi dicitur ad vaniara, et medietate alia in locum ubi dicitur ad pinillum, et una peciola in ipso locum vaniara, sicut ipse cartule vicariationis per partes continet. modo vero, sicut diximus, coniunti sumus ad vona comvenientia, et dividimus ipse rebus de locum corbarum et illut da la vetirina, et fecimus exinde due sortis; una sortione fecit esse de ipsa vetirina, et alia sorte fecit esse de ipso plaiu de ipso monte, et coniuntum cum fine de guiso abbas et de consortibus nostris; que est ipsa rebus de ipso iamdicto plaiu per ec mensurias: de pede passi undecim equaliter pervadit socia in ipso monte et ipsa alia socia de ipso plaium de ipso monte abet passos tridecim, et illut qui est ipso insirtitum qui dicitur vetere, abet passos in capite passos viginti et in pede passos viginti nobe. unde ipsi nominati germani tradiderunt mihi sortione mea ipsa

---

[1]) quarto anno ducatus amalphiae.

socia de plaiu de ipso monte, qui est a pars orientis coniunctum cum fine rebus guisoni presbiteri et abbati, qui est de pede passi undecim cum auri tari sex et qualiter pervadit socia in ipso monte et de ipso alio plaiu de ipso monte: similiter tradiderunt mihi una socia a pars orientis erga fines ipsi germani cum passi sex et medium, et qualiter pervadit socia in ipso monte, et comprensit ipsa socia de ipso insertitum maiore, a parte meridie fine similiter guisoni presbiteri et abbati abet . . . . . . passi nobe et medium et in pede passi duodecim. Et ipsi germani comprenserunt sue sortiones totum illut da la vetirina qui est insirtitutum, qui coniuntum est ad fine illorum et de alia parte a sebtemtrione coniunta ad fine rebus alfani et de consortibus illorum, et una socia de plaiu de ipso monte cum passi sex et medium et erga fine meaque petri clerici, et ab occidente fine alfani . . . . comprenserunt una socia de ipso insirtitum vetere de capite fine ipso termite per capite passi decem et medium et im pede passi decem et sebte et sortis; qualiter inter nos dividimus, et sortes illis inde michi tradiderunt, cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis et cum vice de vie sue, trasactibus nomen et affunditus in integrum dederunt et tradiderunt, michi et, sicut ipse supradicte cartule vicariationis continet, ad securiter et firmiter amodo et semper eos illut abendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum quod voluerimus. de qua per combenientia guadia michi qui supra petri clerico ipsi suprascripti maraldu et liotardu dederunt et mediatores michi posuerunt se ipsi; et per ipsa guadia obligaverunt se illis et illorum eredibus tali ordine, si quomodocumque per qualecumque ratione supradictam tradictionem, qualiter inter nos acsoczavimus et sortis tradidimus, illis vel illorum eredibus remobere aut retornare quesierint per qualecumque rationem aut per eadem guadia, obligaverunt se illis vel illorum eredibus ad componendum nobis nostrisque eredibus, vel cui unc brebem in manum paruerit, viginti auri solidos constantinianos, et semper omni tempore nos et nostris eredibus tota et inclita suprascripta dibisione securo nomine eos abere et possidere valeamus omni tempore, absque omni contrarietate ipsorum germani et de illorum eredibus. preter tantum, si ego supradictus petrus clericus aut meis eredibus daturo aut vendituro abuerimus, non abeamus potestatem alicuicumque illut dare aut venundare preter ipsorum suprascripti germani et de illorum eredibus, et faciamus ego illis scire pro illut tollendum per tertio constitutum, de duodecim in duodecim dies, quod fiunt diebus triginta sex; et si infra ipsa constituta illos emere noluerint post ipsa constituta, liceat illut eos dare cui boluero; nam si ante ipsa constituta cuicumque illut dederimus, ut de nostra potestate esset substractum, tunc sine pretium redeant ad potestate illorum et de eorum eredibus, faciendum inde omnia quod voluerint. tantum si ego petrus clericus de tota suprascripta rebus que est mea sorte.

vicariare voluero, potestatem abeamus vicariare et rebus tollere ibique procul sine contrarietate ipsorum germani et de eorum eredibus, et ipsa rebus quod ibique procul vicariaberint, siant obligata ad illorum potestate sub omní ordine thingnationis, et quando illut dibidituro aut vindituro abuero, deant illis vel illorum eredibus michi meique eredibus iusto baliente pretiu, que iuste fuerit acpretiata. Et taliter scribere rogavimus te petru notarius qui interfui.

† Ego iohannes clericus

† Ego guandelferi.

MXIV.

A. D. 1043.

† In nomine domini Vicesimo quinto anno principatus salerni domni nostri Guaimarii gloriosi principis, et quinto anno principatus eius capue, et quarto anno ducatus illius amalfis et sirrentu, et primo anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi eximii principis et ducis filio eius, mense ianuarius, undecima indictione. Ego mulier nomine purpura monachale avitum induta filia quondam leonis sergii, pater et filiam, quondam alfani comitis Ante presentia petri iudici et aliis idoneis ominibus ostendi unum iudicatum continentem: vicesimo anno principatus domni nostri guaimarii et primo anno principatus domni iohanni filii eius gloriosi principibus, mense september, sexta indictione. ipse alfanus, qui fuit vir meus superii alfanis comitis, in infirmitate sua unde defunctus fuit, inter aliut iudicavit pro anima sua et in manum commisit grimoaldi comiti et iudici congnato suo . . . . . iudicavit, ut integram rebus sua de locum taballara perveniret in monasterio sancte trinitate quod constructum est in mitilianense finibus, Una curte sua de locum angre et alia curte sua de locum nucerie perveniret in monasterio sancti petri, quem petrus iudex construxit intus hanc cibitatem, sicut ipso iudicatum continet qui scriptum est per iaquintus notarius et iudex scriptigo domni comitis et iohannes comes; et cum fuit lectum ipso iudicatum, ego nominata purpura per boluntate de mundoaldis meis, quorum boluntate omnia que in anc cartula legitur feci ante ipsum iudex, dixi, ut ipso iudicatum in omnibus quas continet, veraces exent, quia tribus scriptora de uno tinore de ipso iudicii ipse vir meus inscribere fecit, ut in aliis modis non esset transmutata istum quod exinde

emiset ad potestate meaque porpore uxori sue et alium talem inde emisit ad potestatem ipsius grimoaldi et alium inde emisit ad potestatem alfani et tauselgardi germani filii petri qui fuit germanus de ipso viro meus. Et pro quibus michi nominate purpure in tota ipsa rebus, quod ipse vir meus iudicavit in predicto monasterio sancte trinitate quod constructa est in mitilianense fine, et quod ipse petrus iudex construxit intus hanc cibitate, pertinet quartam partem per meum scriptum morgincap quod ipse alfanus vir meus michi emisit in die nostre copulationis, congruum est michi nominate purpure tota et inclita ipsa mea quarta de predictis rebus quod ipse vir meus per supradictum iudicatum iudicavit in ipso monasterio sancte trinitatis et sancti petri, in qua vir beneravilis domnus adelferi abbas preest offerire. Et ideo, sicut michi nominate porpore congruum est per hanc carta, mea vona boluntate, Ante ipsum petrum iudicem optuli deo et supradicto monasterio sancte trinitatis, quod situm est in eadem fines mitilianense inscripta de monte a super flubio selanu, tota et inclita ipsa quarta mea de predicta curte de ipso locum angre, et de ipsa alia curte de ipso locum nuceria, quod ipse vir meus per ipso iudicatum iudicavit in ipso monasterio sancte trinitatis et quod iudicabit in ipso monasterio sancti petri, et de ipsa rebus quod iudicabit in ipso monasterio, Ita ut in ipso monasterio sancte trinitatis semper siat tota et integra ipsa quarta mea de iamdicta rebus de ipso locum tavellara, quod ipse vir meus in ipso monasterio sancte trinitatis per ipso iudicatum iudicavit et tota et integra ipsa quarta mea et ipsa curte de ipso locum angre et de ipsa alia curte de iamdicto locum nucerie, quod similiter ipse vir meus per ipso iudicatum iudicavit in predicto monasterio sancti petri, quem petrus iudex construxit, semper sit ipsa mea quarta de ambe ipse curtis in predicto monasterio sancti petri. Anc suprascripta mea offertione in iamdicta ratione ego predicta purpura pro amore omnipotenti deo et salutis anime mee optuli in predicto monasterio ipsa mea quarta de ipsa rebus de ipso locum tavellara optuli ipso monasterio sancte trinitatis, et ipsa quarta mea de ipse ambe curtis de ipso locum angre et de ipso locum nuceria optuli in iamdicto monasterio sancti petri, Cum omnia intro se abentibus et suis pertinentiis cum bice de vie sue, Ad securiter et firmiter amodo et semper pro pars ipsarum monasteria eorumque rectores cuncta supradicta mea hoffertione in predicta ratione abendum, dominandum, possidendum et omnia inde faciendum quod voluerint, absque omni mea et de meis heredibus aut cuiquam ominibus contrarietate vel requisitione: et obligo me nominata purpura et meos heredes semper defensare in predicta dua monasteria tota et inclita suprascripta mea offertione in iamdicta ratione ab omnibus hominibus omnique partibus; et quando per seipsis inde auctores exe voluerint, potestates aveant inde et de munimina inde continentes omnimodis inde causare et finem facere, qua-

liter voluerint, cum quale munimen et ratione inde avere potuerint. Si autem ego vel meos heredes taliter illut in predicta monasteria non defensaberimus, sicut superius illut ividem optulimus, qualiter supra legitur, aut si ego vel meos heredes quesierimus illut vel exinde de potestate ipsorum monasteriorum et de eorum rectores tollere aud contrare, vel quolivet causationes inde ividem emiserimus aut proposuerimus, componere obligo me predicta purpura et meos heredes ad pars ipsorum monasteria eorumque abbates et rectores centum auri solidos constantinos, et sicut supra legitur, semper illut quod offerui in ipso monasterio sancte trinitatis, sit de ipso monasterio sancte trinitatis, et illut quod offerui in ipso monasterio sancti petri, semper sit de ipso monasterio sancti petri in supradicta ratione. Verumtamen tota supradicta mea offertione diebus vite mee ad mea sit potestate ad frudiandum et de ipso frudio ego nominata purpura faciam quod voluero. Nam n n in quacumque alia parte ipsa mea offertione dandum aut alienandum per nulla ratione, set post meumque purpure obitum tota suprascripta offertione in iamdicta ratione iam semper securiter abeant ipsa monasteria illut quod offerui in ipso monasterio sancte trinitatis abeant pars ipsius monasterii sancte trinitatis, et illut quod superius offerui in ipso monasterio sancti petri securiter abeant pars ipsius monasterii sancti petri. et oc abdo, ut quando ad pars de ipsa monasteria necesse fuerit ipso iudicatum, unde superius declaratum est, et fecerint me vel meos heredes inde scire in supradictos octo, ego et meos heredes demus illorum ipso iudicatum salbum per omnes vices ad avendum illum usque diebus sexaginta et post complete ipse diebus per omnes vices illut ad mea et de meis heredibus remisit omnem potestatem, ad abendum semper ipso iudicatum in predicta ratione, de quo bidue carte offertionis inde scrivere rogavimus: ista quidem misimus in ipso monasterio sancte trinitatis, et alia similiter inde emisimus in ipso monasterio sancti petri, quod scribere rogavimus te madelmo notario.

† Ego superius dictus petrus iudex.

MXV.

A. D. 1043.

† In nomine domini vicesimo quinto anno principatus salerni domni nostri guaimarii gloriosi principis et quinto anno principatus eius capue, et quarto anno ducatus eius amal-

fis et sirrenti, et primo anno suprascriptorum principum et ducatuum domni gisulfi eximii principi et duci filii eius, mense ianuarius, Undecima indictione. Ideoque nos rainaldo presbiter et rocco, qui sumus germani abitatori de locum tusciano pertinente sancti angeli qui situm est in monte qui dicitur aureo, et filii sumus quondam mari, Sicut nobis congruum est bone nostre voluntatis per hanc cartulam Ante subscripti idoneis ominibus commutationis ordine tradidimus tibi adelberti comiti filii quondam landoarii comitis Una pecia de terra bacua a super flubio tusciano, ubi copersitu dicitur, quod nobis pertinet da guisenolfus filius iohanni granie per firma cartula, quod est per hec finis et mensurias: A parte occidentis erga fine ipsius episcopio inde passi octuaginta sex; A parte meridie fine tuaque adelberti comiti, inde passi quinquaginta sex; A parte orientis fine bia, inde passi triginta quattuor, et trabersante ipsa via et pergente in parte septemtrionis erga fine tuaque adelberti comiti, inde passi triginta octo; A parte septemtrionis fine alia via inde passi quadraginta mensurati ad iusto passu per iamdicte finis et mensurie, sicut diximus, inclitum illut commutationis ordine nos predicti germani tibi predicti adelbertus comes tradidimus et confirmavimus cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis et cum bice de ipse vie. Et liceat te et tuos eredes amodo et semper de suprascripta nostra commutatione facere omnia quod volueritis, absque omni nostra et de nostris eredibus contrarietatem. Et propter confirmationis uius nostre commutationis nos predicti germani suscepimus a te iamdictus adelbertus comes a presentis pro alia cartula que aput nos a nostra parte scripta retinemus, Una Alia pecia de terra bacua in locum monte, ubi scabella dicitur, per hec finis et mensurias: De una parte fine bia, inde passi octuaginta: A parte orientis fine tua, inde passi triginta quattuor; A parte septemtrionis fine tua, inde passi octuaginta; A parte occidentis passi quadraginta mensurata a supradicto passu per iamdictis finis, sicut diximus, nos predicti germani pro ipsa nostra commutatione a te predicto adelbertus comes suscepimus, sicut inter nos combenit in omni deliberatione. De qua per vona combenientia nos iamdicti germani guadia tibi iamdicto adelbertus comes dedimus et mediatorem tibi posuimus amatus de ipso locum monte filii quondam iohanni; et per ipsam guadiam obligamus nos et nostris eredibus semper defendere tibi tuisque eredibus integram suprascripta nostra commutationem a partibus uxoribus nostre et da ominibus ominibus omnique partibus. Et quando tu et tuis eredibus de suprascripta nostra commutatione per vos autores esset volueritis, potestatem abeatis in omnibus inde causare et finem facere qualiter, volueritis cum moniminibus et rationibus quas de eo ostendere volueritis. Et si taliter omnia suprascripta, quemammodum superius, nos et nostris eredibus tibi iamdictus adelbertus comes ad tuis eredibus non adinpleverimus, et suprascripta vel

ex eis quicquam removere aut contrare quesierimus, per ipsa guadia obligamus nos iamdicti germani et nostris eredibus Componere tibi iamdictus adelbértus comes et ad tuis eredibus quinquaginta auri solidos constantinianos, et, sicut superius legitur, vobis adimpleamus. Et taliter scribere rogavimus te petrus notarius.

† Signum manus iohannis castaldi filii iohanni

† Signum manus alferii filii maraldi calbarosii.

MXVI.

A. D. 1043.

† In nomine domini vicesimo quinto anno principatus salerni domni nostri Guaimarii glorioso princeps, et quinto anno principatus eius capue, et quarto anno ducatus illius amalfi et surrenti, et primo anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi filii eius eximii principis et ducis , et primo anno ducatus illorum apulie et calabrie, mense ianuarius, undecima indictione. Memoratorium factu a me stefanus filius quondam ursi, eo quod ante subscriptis idoneis omines per convenientiam tradiderunt mihi lando comes palatii filius quondam disigii comitis, et disius et iohannes germani et comitis palatii filii quondam iaquinti comitis palatii, et lando comes filii quondam disigii comitis Ecclesia illorum pertinente sancte marie et sancti nicolai, que constructa est in rebus illorum ulter fluvi siler, in locum ubi mercatella dicitur. Ideo inclita ipsa ecclesia cum porticu et cum omnis rebus et causa pertinente ipsius ecclesie et cum animalibus et movilia ipsius ecclesie et ipsa animalia et ipsa movilia nominative liber comite anni circulum unum , manuale unum, orationale unum et dua antifanaria, unum de die tantum et alium de nocte, omelie due, una maiore et alia minore, gestarium unum de circoitum anni qui est in dua bolumina, dua spalteria, unum est monachile qui abet aliqua pars de cantare et legere et de imnora, calice et patena de argentu e alium calice et patena de stangnu, cortine due, planete due, una de castanea, ipsa alia est de linu, unum orare de purpure et alium de seta cum lecte, et tres de linum cum lecte et ammictore dua, et panni serici africati, zani dui da coperire altare, guilfati dui cum lecte, manuli de siricu dui et una sindone cum siricu et auru, et alie sindones de linu septem, mappe due, altare andantele unum, iumente octo, et unu pollitru, et vacce quinque , scurie tridecim et unum parium de bobi, squilla

una, idria una, codta una. Homnes supradicta movilia, cum ipsa animalia mihi tradiderunt et adsingnaberunt tali ordine, ut amodo et cunctis diebus vite mee me sit potestatis cum ipsa ecclesia et cum omni pertinentie eidem ecclesie illut tenendum, et dominandum, et guvernandum, et fovee et omnis nostre utilitatis iusta rationem in ipsa rebus predicte ecclesie et in ipsa ecclesia faciamus, et licead me . . . . . . ad avitandum et lavorandum in rebus ipsius ecclesie quantis et quomodo boluerimus, et omni tempore abead ibi ego domnus presbiter qui officiet ipsa ecclesia die noctuque cotidie, quando ego quando ille, sicut meruerit talem ecclesia villana; quod si voluerimus ibi monachos mittere vel plus presbiteros, potestatem abeamus illis ibidem mittere et avere usque dum mihi placuerit: tantum, ut diximus, sive unum presviterum non ibi siad, qui regat et officiet ipsa ecclesia, sicut diximus, diebus ac noctibus, et quanta offerta, et votatione, et sepultura, et pensa vel qualibet rem movile in ipsa ecclesia intraverit, totum mee sit potestatis, faciendum inde quod mihi placuerit; tantum si intraverit ad ipsa ecclesia animalia viba vel qualibet rem, que sit ornamentum ipsius ecclesie, semper illut ego abead ad regendum et guvernandum illut, sicut ipsa alia rebus predicte ecclesie. Tantum per omnem annum pro censum exinde demus, ut dirigamus illorum intus anc cibes salerno ad domus illorum in nativitas domini et in pasca resurrectionis domini tria paria de oblate et tria ceria de guvitu per unasquique festivitate, et per omnem annum diebus vite mee tote vineis ipsius ecclesie pertinentes laboremus, seu laborare faciamus de super et de subtus, sicut meruerit locus ipse, ut proficiad in melius et non dispeream. Et omnis vinum et poma et victum, et quitquit frudium seu prodem per annum inde avere potuero, totum mee sit potestatis, faciendum inde quod mihi placuerit, et semper, quando meruerit ipsa ecclesia cooperire, ego illam cooperire faciam, et ipsa movilia et ipsa animalia faciamus salba, sicut meruerit, et curam et vigilationem inde abeamus, ut, deo aiubante, proficiad ipsa animalia; tantum, quanti pollitri de iumente predicte ecclesie et gengi de vacce predicte ecclesie per annum orti fuerint, tertiam partem inde mihi tollad, faciendum inde quod mihi placuerit, reliqua bero tres parte abeamus pro emendum inde quod necessarium fuerit pro regendum et guvernandum inde rebus et causa predicte ecclesie: et quanti filii et filie de ipse scurie et de alie scurie predicte ecclesie annualiter orti fuerint, exinde tollamus et faciamus, sicut supra diximus, facere et tollere de ipsi gengi et de ipsi pullitri; spurclatura de ipse scurie et de quantum casu et lacte de bacce predicte ecclesie fuerit, totum mee sit potestatis, faciendum inde quod mihi placuerit, et potestatem aveamus de ipsa . . . . . . de ipsi porci, quod venerit ad ipsa ecclesia, inde tollere pro nutrire ad manuum faciamus per annum pingue pro nostra utilitate; et quando voluerimus ponere opere pro servitium vel pro lavore pre-

dicte ecclesie, vel pro lavore pro rebus ipsius ecclesie, similiter potestatem abeamus de ipsi porci predicte ecclesie facere, occidere, quantum nobis necessarium fuerit pro manducare pro ipso lavore quod ibi fecerimus. Unde per combenientia guadia mihi ipsi lando et disidius, et iohannes, et ipsu lando filius disidii dederunt et fideiuxorem mihi posuerunt grimoaldus comes filius quondam rottelgrimi comitis; et per ipsa guadia obligaverunt se et suis eredes amodo et diebus vite mee defensarent mihi ipsa ecclesia cum omnis rebus et causa pertinentem ipsius ecclesie, cum vice de vie sue, da omnes omines omnique partibus, et non illut vel exinde nobis removere aut contrare; berumtamen a super superscripte sindones dederunt mihi alie quadtuor sindones grecesce et una mappa; ad die vero obiti mei inclita supradicta traditio iusta ratione salba cum quantum aliut, deo adiubante, ibi adcreverit, remittamus illut ad potestatem ipsorum landoni comitis palatii, et desidei, et iohanni comites palatii, et lanno comiti vel de illorum eredes, faciendum illis inde omnia quod boluerit, et licead eredes meos et omines qui mecum fuerit ibidem , inde exire et excutere omnis mea et illorum causa movilia, et ire cum illut ubi boluerint, absque omni illorum contrarietate vel requisitione: tantum casa et aliperga quod illis diebus ibi abuerimus, non abeamus potestatem illut inde tollere, set siat ad potestatem de ipsa ecclesia. Quod si taliter omnia suprascripta per supradicto ordine illis et illorum eredibus mihi meique eredibus non adimpleverint, et omnia suprascripta, bel ex eis quitquam removere aut contrare presumpserint, per ipsa guadia obligaberunt se et illorum eredibus ad conponendum mihi meique eredibus centum auri solidos constantinianos: berumtamen supradicte vacce quod modo, ut supra diximus, mihi tradiderunt, sunt quinque. Quam scripsi ego ademari notarius.

† Ego ademari notarius me subscripsi.

† Ego ademari notarius me subscripsi.

MXVII.

A. D. 1043.

† In nomine domini vicesimo quinto anno principatus salerni domni nostri guaimari gloriosi principis, et quinto anno principatus eius capue, et quarto anno ducatus eius amalfis et sirrenti, et quinto anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi eximii

principis et ducis filii eius, mense ianuario, undecima indictione. Memoratorium factum a me iaquintus docdus, eo quod ante subscripti testes per combenientia pro pars et vice rolegrime comitisse relicta quondam landoarii comiti et aleberti comiti, mater et filius, tradidi ego alfanus de locum liciniano filius quondam petri inclita sortionem, que fuit sikelmus filius ermeprandi de eodem loco, de terris cum bineis, et pomis, et olibeta, et saliceta, et cannieta, et bacuum quod ipse sikelmus abuit in iamdicto locum liciniano et serra. Et per finis et pertinentiis de ipsis locis, ubicumque inde inbentus dederit, cum omnia intro se abentibus inclitum illut ipsius alfani tradidi pro pars ipsorum mater et filius. Tali tinore, ut amodo et semper ad sua et suis eredibus sint potestatis eos tenendi, fovee et omnis sue utilitatis iusta rationem ibidem facere. Et totum ipso bacuum pastenare olibe et vinea et pomis, sicut meruerit, ut in completi decem anni abeamus tota ipsa tradictione pastenata et surta, sicut de tantos annos locus ipse meruerit, ut bene pareat factos. Et da inde in antea per omnes annos tota ipsa tradictione annualiter lavorare et cultare, sicut locus ipse meruerit, ut proficiant et non dispereant et per omnes annos bonum pareat lavoratum , et in casa de ipsa tradictione residere et abitare curam et vigilationem inde abere. Et pro tempore de vindemie et quando ipse olibe colligendi benerit ille et suos eredes, faciant scire ipsi mater et filius et illorum eredes, ut ibidem dirigat missum suum et ille et suos eredes tota ipsa traditione bindemiare et ipse olibe colligere et oleum inde facere , Et ipsa poma temporibus suis illis colligere , et de omnis vinum et poma et oleum et quicquit frugens, quod de ipsa res exieri, medietatem inde ipsorum mater et filius et ad illorum eredes dare ibidem, et medietatem inde illis sivi abere : ipsum missum, dum per ipsa frudia recipiendum ibidem steterit, illis eum notrire secundum illorum possibilitatem. Set predicta mater et filius per omnes annos illis eos reponat in organeum qui illorum ibidem adsignaverit, et ipso organeum illis conciare annualiter et studiare, et reponere in ipsam mansionem de ipsa traditione, Et salbum illis eos facere , donec illut ipsi mater et filius illut inde tulerit, absque degeneratione et ingne. Et de quod per annum in ipsa traditione seminaverint, deant inde eorum terraticum, sicut consuetudo est per ipsu locum. Et quale tempore da ipsi decem anni in antea eadem res tenere et lavorare noluerint, inclita suprascripta traditione lavorata et surta, et salba remittant ad ipsi mater et filius et ad illorum eredes, et liceat illis inde exire cum omne illorum mobilem et ire ubi boluerit. De qua per bona combenientia pro pars ipsorum mater et filius guadiam michi ipse alfanns dedi, et mediatore michi posuit sikenolfus filius quondam stefani clerici; et per ipsa guadia obligavit se et suos eredes, ut si taliter omnia suprascripta per supradicto ordine non adimpleverint et aliquit de ea que superius legitur, remobere aut contrare quesierit, per ipsam

guadiam componere obligavit se ipse alfanus et suos eredes ipsorum mater et filius et ad illorum eredibus biginti auri solidos constantinianos et, sicut dictum est, adimplere, quam scripsi ego petrus notarius.

† Ego trasmundo levita me subscripsi

† Ego iohannes.

MXVIII.

A. D. 1043.

† In nomine domini vicesimo quinto anno principatus salerni domni nostri guaimarii glorioso principe, et quinto anno principatus eius capue, et quarto anno ducatum illius amalfi et sirrenti, et primo anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi eius filii eximii principis et ducis, mense februario, undecima indictione. Ego iohannes monachus et abbas monasterii sancti angeli et sancte sofie qui constructi sunt intus hanc salernitanam civitatem, ante subscripti idoneos homines per convenientia quam et per iussione domni paldulfi, cuius est pertinente ipsi predicti monasteri, ad laborandum tradidimus petri filii quondam ferrandi et ursi filii quondam sergii inclite terris pertinentis pars monasterii a foras predicta civitate ulter flubio lirino, in pede de monte vetranu propinquo ecclesia sancti martini subiecta exdicto monasterio, que nunc quantoque ibidem sunt pertinente prefati nostri monasterii; taliter illut nobis prenominati petri et ursi tradidi, ut amodo et usque ad tempus in mense martio quod fineit transactum unum annum liceat nos et nostros eredes illut tenere et omnes nostre utilitatis ibi faciat in suprascripta ratione, et illut laboraretis, qualiter bolueritis, et omnes fruges et labores inde tollere et abere potueritis et ibidem feceritis, totum illut vestre potestatis abeatis, faciendum quod bolueritis, quia pro censum de ipsa supradicta terra modo dedistis mihi viginti octo auri tari boni ad perficiendum utilitatis ipsius nostri monasterii, a completum ipsum annum de suprascripto mense martio liceat ipsi petrus et ursus et eorum eredes et homines qui ividem ad laborandum miserint, de ipsa traditione exire cum causa sua mobilia et ire ubi boluerint et cum labores qui ibi habuerint, sine nostra contrarietate. Et ipse terre relaxent ad potestatem predicti monasterii. Unde in eo tinore per convenientia guadiam mihi dederunt

ipsi petrus et ursus, et mediatorem mihi posuerunt iohannes castaldus filius quondam desiderii; et per ipsa guadia obligaberunt se ipsis prenominati et eorum eredibus, ut si omnia non adimpleberint in parte predicti monasterii et aliquit inde contradixerint, per supradicta guadia obligaberunt seipsis petrus et ursus et eorum eredes in parte predicti monasterii viginti auri solidos constantinianos. et hoc memoramus, quia ipsa traditione eorum tradidit usque duobus anni completi in supradicto tinore et modo dederunt nobis inde censum predicti viginti octo auri tari boni et ad tempus de supradicto mense martio debunt dare in parte predicti monasterii viginti octo auri tari boni, quod scripsi ego qui supra iohannes scriba.

† Ego alderissi notarius me subscribsi

† Ego alderissi notarius me subscripsi.

MXIX.

A. D. 1043.

† In nomine domini Vicesimo quinto anno principatus salerni domni nostri Guaimarii gloriosi principis, et quinto anno principatus eius Capue, et quarto anno ducatus illius amalfi et sirrenti, quam et primo anno istorum principatuum et ducatuum domni gisulfi eius filii eximii principis et duci, nec non et primo illorum anno ducatum apulie et calabrie, mense februario, undecima indictione. Nos alfanus filius quondam iohanni, et petrus filius quondam petri, et iohannes filius quondam iohanni, et riso filius quondam sergii porcarii Clarefacimus omnes prenominati, quoniam nobis est pertinente abere terram cum casa que est cum fundamentum de parieti fabriti per as fines et mensurias; de subter parte fine terra cum casa de eredes aurimundi presbiteri, qui est consortem nostrum in ista casa et terra cum casa de alii hominibus; de super fine via et fine terra cum casa de monasterio sancte sofie; et de uno capite fine via et de alio capite fine ipsius monasterii, sicut pariete discernit. Est in longitudo pedes viginti quadtuor, et in uno capite abet pedes viginti, et in alio capu abet pedes decem et nobem ad iusto pede manu homini mensuratum. Infra predicte finis et mensurie est pertinente nobis qui supra alfani, et petri, et iohanni inclita una quarta pars de tota ipsa terra cum casa et mihi qui supra risi est inde pertinente pedes tres de latitudo de subter et de super et de longitudo, quantu ipsa casa est per latitudo. Et ideo, sicut nobis toti prenomi-

nati congruum est, bone nostre boluntatis per hanc cartam ante presentia amati iudiçi per largietate et absolutionem supradicte gloriose potestatis, quem nobis dandum direxi per ipsum iudex, venumdedimus tivi domni iohanni venerabili abbati predicti monasterii pro parte ipsius monasterii inclite ipse nostre sortionis de ipsa terra cum casa, nos qui supra alfani, et petri, et iohannes damus tivi inclita ipsa nostra quarta pars in parte orientis coniuncta ad fine ipsius monasterii , et ego predictus riso venumdedi tibi ipsi tres pedes de latitudo in omni loco et longitud ·, sicut dixi, iusta ipsa quarta que tibi dederunt ipsi predicti consorti mei. Inclitum illut, qualiter supradictum est, taliter illut tivi domni abbati venumdedimus pro parte predicti monasterii cum vice de via sua et cum omnia intra se abentes, ad securiter et firmiter illut amodo et semper pro pars ipsius monasterii abendum et omnia inde faciendum quod boluerit, absque omni nostra et de nostris heredibus contrarietate vel requisitione. Unde pro confirmationem uius venditionis a presente suscepimus nos qui supra alfani, et petrus, et iohannes a te qui supra domnus abbas pro parte ipsius monasterii, i sunt triginta auri tari boni, et ego predictus riso suscepimus pro parte predicti monasterii tarenos aureos bonos quadtuordecim: finitum pretium ipsum aput nos, qualiter inter nos convenit, Ea ratione per convenientia guadia tivi domni abbati dedimus nos toti prenominati, et mediatorem tibi posuimus nos mediatorem ipsis pro parte suprascripti monasterii sancte sofie; et per ipsa guadia obligavimus nos omnes prenominati et nostris heredibus amodo et semper defensare integra supradicta nostra venditione cum vice de via sua in parte predicti monasterii da omnes homines omnique partibus, et quando pars predicti monasterii per se boluerit defensare sivi ipsa nostra venditione, potestatem abeat inde omnibus modis causare et finem facere, qualiter boluerit, cum quale monimen et ratione inde ostendere boluerit. Si autem nos et nostris eredibus omnia supradicta inclita parte predicti monasterii non adimpleberimus et aliquit de suprascriptis vel exinde remobere, aut contradicere quesierimus qualecumque ingenium, per supradicta guadia componere obligamus nos qui supra alfanus, et petrus, et iohannes, et riso et nostris eredibus in pars predicti monasterii centum auri solidos constantinianos. Verumtamen hoc memoramus, quia ipsa nostra venditio est intra hanc salernitanam cibitatem a subtus et coniunctum ad ipsum monasterium et cum case ipsius monasterii, et taliter scribere rogabimus te iohannes scriba.

† Ego qui supra amatus iudex.

MXX.

A. D. 1043.

† In nomine domini vicesimo quinto anno principatus salerni domni nostri guaimarii, et quinto anno eius capue, et quarto anno ducatus eius amalfi et surrentum, et primo anno principatus domni nostri gisolfi eius filii, gloriosorum suprascriptorum eximii principi et ducis, quam et primo anno ducatus illorum apulea et kalabria, mense martio, undecima indictione. Ideoque ego petrus filius quondam nucerini, sicut michi congruum est, vona etenim mea voluntate per anc cartulam ante subscripti testes benundedit adque ad semper abendum confirmo vobis petri filio quondam petri et nucerini filio quondam landoni, qui sitis thio et nepos, inclita sortione mea de duobus pecie de terra que sunt cum castanieta et quertieta quod abeo in locum baniara; una ex ipse pecie hest a super ipsa cisterna tuaque petri, et ipsa alia pecia, ubi dicitur da lu abellanietum in supra, ubicumque inbentus dederit de ipsa sortione mea de ipse iamdicte pecie da la cisterna, et da ipso abellanietum meum in supra inclita sortionem meam, quale legibus michi ebenire debuit da consortibus meis et da germani mei inclitum illut vobis nominati petri et nucerini benumdedit, cum omnia infra se abentibus omnibusque suis pertinentiis et cum bice de bie sue, ad securiter et firmiter amodo et semper vos vestrisque eredibus illut abendi, dominandi, possidendi, omnia exinde faciendi quod volueritis, absque omni contrarietate mea vel de meis eredibus aut cuiquam ominibus. Unde pro confirmandam et stabiliscendam supradictam meam vinditionem ego iamdictus petrus a presentis recepi a vobis supradicti petri et nucerini auri tari voni octo, sicut inter nobis combenit in omnes deliverationes; finitoque vero pretium ipsum aput nos eam rationem, per vona combenientia, ego iamdictus petrus guadia vobis predictis petri et nucerini dedit et mediatorem vobis posuit meipsum; het per ipsa guadia obligo me het meis heredibus defensandum vobis vestrisque eredibus inclita supradicta nostra bindictione ab omnes omines omnique partibus et cum bice de bie sue; et quando volueritis per vos et per vestris eredibus, inde siatis autori et defensori, potestatem abeatis bice nostra cum ipsa cartula et cumque monimen et rationem quas inde abere potueritis, in omnibus inde causate het finem facite, sicut bultis, ut ipsa nostra bindictio vobis defensetis, sicut supra legitur. quod si taliter ut superius legitur, illut vobis vestrisque eredibus non defensaberimus, et de suprascripta nostra bindictione contradixerimus, per quabis rationibus, ideo per ipsa guadia obligo me

et meis eredibus at componendum vobis vestrisque eredibus decem auri solidos constantinianos, et, sicut superius legitur, illut vobis vestrisque eredibus defensemus per iamdicta guadia et pena obligata. Quam te petrus protonotarius scribere rogabimus, actum nucerie.

† Ego iohannes

† In hoc ego petrus affirmo.

MXXI.

A. D. 1043.

† In nomine domini vicesimo quinto anno principatus salerni domni nostri guaimarii gloriosi principis, et quinto anno principatus eius capue et dux amalfi, et quarto anno ducatus illius sirrenti, et secundo anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni nostri gisolfi eximii principis et dux filio eius, et primo anno ducatus illorum apulie et calabrie, mense aprili, undecima indictione. Memoratorium factum a me alfanus filius quondam leoni, eo quod ante subscripti idoneis testes per combenientia quam et per boluntatem et largietatem de heredes quondam lamberti comiti et adelberti comiti filii quondam landoarii comiti tradidit michi at tenendum et pastenandum et laborandum praxi presbiter et abbas ecclesie bocabulum sancti Nicola, qui constructum est super mare ubi gallucantu dicitur, pertinentem ecclesie ipsa de predictos eredes lamberti comiti et de iamdictus adelbertus comes de rebus pertinente hecclesie que esse bidetur in loco salictum; una pecia de terra bacua per as fines et mensuras: de duobus latere est de longitudo ana passi quadraginta, et in capite a suptus est de latitudo ana passi decem mensuratum ad iusto passu hominis et de ex omni parte coniunctum est ad rebus. predicte ecclesie; in hoc ordine ipse abbas illut michi tradidit, ut amodo et usque septem anni completi ego et meos heredes ipsa rebus teneamus et dominemus, et fobee et omnes nostre utilitatis iusta rationem ibidem faciamus et abeamus, et totum illut pastenemus vinea de bono bitineo, et ubi meruerit, illut cludamus, et annualiter totum illut studiemus et surgamus, ut bonum pareat annualiter laboratum et cultatum et salvum illut faciamus et da parutus sit, ut binum inde exierit, vel facere potuerimus, annualiter per bindemie faciamus scire ipse abbas pro pars ipsius ecclesie, ut ibidem dirigat missum suum, et nos ante ipsum missum

illut vindemiemus et ad palmentum ibique illut procurèmus, et quantum binum annualiter inde exierit, vel facere potuerimus, annualiter totum illut demus in partibus predicte ecclesie, faciendum quod boluerit; ad completi autem ipsi septem anni ego et meos eredes habeamus in tota ipsa rebus infra iamdictas fines et mensurias binea de bono bitineo hoperata, et cultata, et perfecta surta et salba, et impalata bona de bonos palcs, sicut de tantos annos locus ipse meruerit, et circoita clusa bona ubi meruerit, et totum illut remittamus ad potestatem predicte hecclesie, faciendum quod boluerit, apsque contrarietate mea et de meis eredibus; et pro taliter per bolumtatem et largietatem de predictos eredes lamberti comiti et adelberti comiti ipse iamdictus abbas dedit et tradidit michi ibique due pecie de terris bacibe pertinente predicte ecclesie per fines et mensurias; una de ex ipse pecie de terra est de longitudo et latitudo ana passi biginti per partes in omni loco, et ipsa alia pecia de terra est de longitudo ana passi biginti hocto per partes, et de latitudo est de ambobus capite ana passi quatuor, et est de tribus partibus fine rebus predicte ecclesie, et de uno latere sunt coniunte ad rebus meaque alfani; quod de ante os tempore ipse abbas michi dedit, sicut mea et sua cartule continunt, quod per partes exinde firmate abemus que scripte sunt per romualt notarium et a testibus roborate: mensurate ambe iste pecie de terris ad iusto passu hominis. ideo, ut dictum est, ipse iamdictus abbas per bolumtatem et largietatem de iamdicti eredes lamberti comiti et predict adelberti comiti dedit et tradidit michi ambo iste pecie de terris per iamdictas fines et mensurias, ut amodo et semper ipsa rebus abeamus et possideamus cum omnia intro se abentibus et suis pertinentiis et cum bice de via sua, et faciamus exinde omnia quod boluerimus, absque contrarietate ipsius abbati vel de partibus prefate ecclesie vel cuiquam hominibus, et semper abeamus ipsa iamdicta rebus defensata per ipsum abbas, vel de successores suos, seu à partibus predicte ecclesie ab omnibus hominibus omnibusque partibus, et non illut vel exinde nobis tollere aut contrare querat, et quando autem de iamdictis rebus ego et meos heredes inde auctores et defensores esse boluerimus, potestatem abeamus inde causare et finem facere, qualiter voluerimus, cum ista cartula et cum quale monimen et ratione inde abere potuerimus. Nam, quando ipse abbas vel successores suos, seu pars predicte ecclesie inde auctores et defensores quesierimus abere, ipse abbas vel pars predicte ecclesie ipsa iamdicta rebus michi meique eredibus defensare ab omnibus ominibus omnique partibus in omni ordine et ratione, sicut supra legitur. Tantum, si aliquando tempore ego predictus alfanus et meos heredes ipsa iamdicta rebus daturam aut vindituram abuerimus faciamus ipse abbas vel pars predicte ecclesie scire pro illut emendum per tertio constitutum usque diebus triginta sex, et illut eorum demus ad iusto pretium quod

iuste fuerit adpretiatum per doctos et sapientes homines. Nam, si ante ipsa constituta cuicumque illut dederimus sine illorum solutione per qualecumque ratione vel umano ingenium, ut de nostra potestatem flat supstractum, tunc inclita iamdicta rebus perbeniant ad potestatem predicte ecclesie, faciendum quod boluerit. de qua per combenientiam quam et per bolumtatem de iamdicti eredes lamberti comiti et de iamdictus adelbertus comes guadia michi ipse predictus abbas dedit et mediatorem michi posuit romoaldus filius quondam amati; et per ipsa guadia obligavit se ipse abbas et successores suos vel pars predicte ecclesie defensare michi meique eredibus ipsa iamdicta rebus in omni ordine et ratione, que et qualiter superius dictum est. quod si taliter omnia, ut supra dictum est, ipse abbas vel pars predicte ecclesie michi meique eredibus non adimpleberit et aliquit, de quod superius legitur, remobere aut contrare quesierit, tunc per combenientia et per ipsa guadia obliga vit seipse abbas et sui successoribus, vel partibus predicte ecclesie, michi meique eredibus triginta auri solidos constantinianos, et hunc brebem scripsi ego supradictus romualt notarius.

† Ego romoaldus

† Ego iohannes.

MXXII.

A. D. 1043.

† In nomine domini vicesimo quinto anno principatus domni nostri guaimari salerni, et quinto anno principatus eius capue et ducatus eius amalfi, et quarto anno ducatus eius sirrenti, et secundo anno principatus et ducatus domni nostri gisolfi eius filii, et primo anno ducatus eorum apulea et calabrie, mense iunius, undecima indictione. Ante me ademarius comes et iudex venit grifo de locum arcella, et cum eo venerunt lando filius landoni, et godeni filius iohanni, et iohannes filius iohanni greco, et romualdus filius amuri toti abitatori de ipso locum et testificaberunt ipsi godeni, et iohannes, et romualt, una cum ipsum lando dicentes, ut toti illis fuissent ad domus rigali qui fuit genitor predicti grifi; et ante illis iudicasset mulier nomine alfarana que fuit uxor predicti rigali et genitriee ipsius grifi, quando ad mortem benit per bolumtatem eidem viri sui, ut omnis rebus sua stabile et mobile quod eidem mulieri pertinuit et pertinet, abere

per successione seu et per qualibet rationem, qua et inclita quarta sua, quod ei pertinet a suprascripto viro suo, post obitum suum et post hobitum predicti viri sui perbenirent at potestatem ipsius grifi filio suo et de eredes ipsius grifi, faciendum omnia quod boluerit. In tali tinore, ut ipse viro eius illut frudiare et de ipsum frudium facere quod boluerit diebus vite sue, postea perbenirent omnis suprascripta rebus ad potestatem ipsius grifi, faciendum omnia quod boluerit, et ipse grifo darent post hobitum ipsius genitrici sue triginta auri tari, ut beraciter pareret datim; et obligaverunt se ipsi vir et uxor, et suis eredibus, ut si de cunta que, ut dictum est, ipsa mulier iudicavit, aliquit remobere vel contradicere presumserit, componere obligavit se ipsi vir et uxor ipsius lando, cuius se in manum commisit, vel ad ille homo qui pro parte de ipsa mulier et de ipsum grifo causaberit, triginta auri solidos constantinianos et qualiter, ut supra dictum est, firmiter permanere. Ego predictus comes et iudex, dum taliter illis testificantes audivi, interrogavi illis, si necessum est firmare illut per sacramentum. Illis dixerunt: ecce nos parati si oportum est, per sacramentum illut firmamus; et statim fecimus illis dare guadia ipsius landoni et predicto grifi, ut si aliquando causationes exinde ipsius grifi exurte fuerit per quacumque homo, tunc plicarent se ipsi nominati godeni et iohannes filius iohanni greco, et romualdus filius amori, quando illis exinde scire fecerint ipsum grifo vel eius eredes, et per sacramentum llut firmarent, qualiter dixerunt, sicut supra legitur, et si taliter non adimpleberint et aliquit exinde remobere quesierint, componere obligavit se ille qui illut adimplere noluerit, ipsius grifi vel ad eius eredes, et cui iste scribtum in manum paruerit, biginti auri solidos constantinianos et per inbitis illut adimplerent. Et taliter pro parte ipsius grifi scribere fecimus te dauferius notarius interfuisti.

† Ego qui supra ademarius iudex.

MXXIII.

A. D. 1043.

† In nomine domini vicesimo quinto anno principatus salerni domni nostri guaimarii et quinto anno principatus eius capue et ducatus eius amalfi et sirrentum, Et secundo anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisolfi eximii principis et ducis filii eius, quam et primo anno ducatus eorum apulie et calabrie, mense agustus, undecima indictio-

ne. Memoratorium factum a me iohannes presbiter filius quondam maghenolfi presbiteri, eo quod ante presentia domni adelferi abbas ecclesie sancti massimi qui sita est intus anc salernitana cibitate, ibique astantibus idoneis ominibus, per licentia ipsius domni abbati qui est unus de dominii ipsius ecclesie, ad tenendum et laborandum tradidit roregrimi filii quondam maraldi qui est abitator muntorum quinque pecie de terra inter arbusta et abellanieta et castanieta que ego in beneficium teneo a pars predicte ecclesie que est rebus ipsa in locum muntorum, ubi proprie cirione dicitur; prima pecia de ipso rebus est per finis et mensurie: a pars septemtrionis passi triginta; a pars occidentis passi sexaginta octo; a pars orientis passi biginti nobem; a pars orientis passi sexaginta octo. Ipsa alia pecia que dicimus per finis et mensuria a pars occidentis passi biginti sex et medium; a pars septemptrionis sunt passi quadraginta quinque; a pars orientis sunt passi biginti quadtuor; a parte meridie sunt passi quadraginta octo. tertia pecia de terra cum abellanietum que dicitur beterane, est per mensuria; a septemtrione sunt passi triginta duo; a pars occidentis sunt passi biginti octo; a meridie sunt passi biginti sex, a pars orientis sunt passi biginti nobem; quarta pecia que dicitur a lu peczum per ec mensuria: a pars septemtrionis sunt passi triginta quadtuor; a pars orientis sunt passi biginti sex; a pars meridie sunt passi triginta quadtuor; a pars occidentis sunt passi biginti sex. quinta pecia que dicitur a la selba, est per ec finis et mensurie; a pars meridie sunt passi sidecim; a pars orientis sunt passi biginti septe; a pars septemtrionis sunt passi sidecim; a pars occidentis sunt passi biginti septe ex omni parte fine rebus predicte ecclesie: totum mensuratum ad iusto passum ominum suprascripte quinque pecie de iamdictis rebus cum arbustis et abellanieta, castaneis per supradictis mensuriis inclitum illut per licentiam ipsius domni abbati ipsius roregrimi ad tenendum et laborandum tradidi, tali ordine, ut amodo et omni tempore, nato nascendo, ad sua et de suis eredibus esset potestatis illut tenere, et in ipsa rebus residere, fobee het omnis sue utilitatis iusta ratione ibi facere. Et amodo et semper ipse roregrimus et suos eredes supradictis rebus de super et de supter laborare ipsa arbusta a parte potare suo tempore propaginare et, ubi meruerit, arboribus et biti de bono bitineo ibidem plantare et surgere, et de ipsa abellanieta cura et vigilationem inde abeant et salbe facere, et, ubi meruerint, infra ipso abellanietum plante de abellane ibi plantare et surgere. Et sic prenominati suprascriptis rebus de super et de supter laborare et operare, ut per omnes annos bonum paread laborate, quatenus in melius proficiant et non dispereant, et unde meruerit rebus ipsa cludere et per annum salbum illut nobis facere. Et per omne annum ipse roregrimi et suos eredes de ipsa abellanieta et castanieta cura et bigilationem abeant, et salbum facere, et colligere, et seccare, et inclita medietate mihi

ubi ad partem ipsius ecclesie dare, et medietate sibi abere. Et per omne annum per tempore de vindemie ipse roregrimus et suos eredes faciant scire me vel partem predicte ecclesie, ut ibi pergamus vel dirigamus missum da parte de predicte ecclesie, et ipse roregrimus et suos eredes arbustis ipsis suo tempore vindemiare et poma, quando meruerit, colligere et omnis binum exinde ibique ad palmentum et ipsa poma, quando meruerit nobiscum vel cum ipso missum dibidere per medietatem ego ubi ipso missum tollamus inde medietatem et ille et suos eredes medietate, ipsa nostra sortione de ipso binum reponant in bucte nostra, quem ei assignare debuerimus ibidem per illum et per eius eredes per annum siant bona conciata et studiata et reposita intus ipsa casa, et ipsa nostra sortione de ipso binum ibi mictere et salbum illut nobis faciant, dum illut inde tollere fecerimus, absque degeneratione et ingne. Et de que amodo et semper in ipsa rebus seminaberit, deant inde terraticum ad parte predicte ecclesie secundum consuetudo de ipso locum. Et per annum deant mihi vel ad parte ipsius ecclesie palmentateca, sicut est consuetudo missum vel de partem predicte ecclesie, dum pro ipsa frudia . . . . *Reliqua pars huius chartae ita temporis vetustate corosa ut nequeat omnino perlegi.*

† Ego alderissi notarius me subscripsi.

MXXIV.

A. D. 1043.

† In nomine domini domno constantino dibina gratia imperator agusto deo propitio, secundo anno imperii eius, mense agusto, undecima indictione. Ideoque ego vir nomine dauferii filius quondam falconi, qui sunt commorantes intus cibitate luceria, declaratus sum cum intus cibitate lucerie coram presentia iohanne magnifico iudice et haliis nobiliores hominibus, qui hic supter consoripti sunt, quia pertinente nobis habemus una petia de terra bacua propinquo ecclesia sancti iacobi et statuerunt ea que isdicta terra pro nostris necessitatibus, ut cambiare congruum est et nostram congruitatem vel necessitatem exinde faceret; quapropter et ego mulier nomine diseia uxor videlicet que sum supranominatus dauferi et filia teudelgardo presbiter, declaro enim, quia in die copulationis nostre . . . . . in coniugio copulabit de omnibus rebus et facultatibus suis quartam partem e manifesto habere, sicut in lex longobardorum continet. Set audientes nos ea que in series legis lan-

gobardorum scriptum est, ut mulier sine notitia iudicis aut sine consensum parentum suorum vel illi hominibus, in cuius mundio fuerit, de rebus suas nichil stabilem facere potuerit, proinde obsecrare cepimus eumdem dauferi viro meo quam et petro filio . . . . . et halberico filio offi parentibus atque consentientibus, ut in hac cambiatione michi predicte mulieres fieret consentientes. At illi ea . . . consentientes michi fuerunt. Interea una cum supradicto viro meo et cum iamdictis parentibus atque consentientibus meis et qui in eadem cartula una nobiscum iusta legem manum imposuerunt, sicut nobis congruum et habtum esse videtur, bona etenim nostra bolumtatem unanimiter parique consensum per hanc enim quoque videlicet cartulam coram presentia supradicti iudicis et haliorumque subscriptorum testium canbiabimus tibi poto filio poterisi ipsa iamdicta terra qne superius patefecimus nobis esse pertinentes, que habet fines. De prima vero parte quod est a fine de ipsa bia plubica, inde sunt ad ominis mediocris persona iustum mensuratum passi centum duodecim. De secunda vero parte quod est a medio limite, fine ipsa terra deudede presbiter, inde sunt passi triginta et duobus. De tertia vero parte quod est a fine de ipsa serra, inde sunt passi quadraginta et quinque. De quarta vero parte quod est a fine de ipsa pastina vestraque que canbiatore, inde sunt usque in priores fines passi hoctanta et octo. Inter iste namque finis et mensure, que superius cernitur et legitur de fine in finem, quantum infra claustrum est, ipsa iamdicta terra unde nec nobis neque hab eredibus nostris, verum etiam neque ad nullum quempiam homine aliqua portio reserbabimus requirendi. Set qualiter se iacet ipsa iamdicta terra, una cum mediis limitibus et cum viis et handita sua canbiavimus tibi poto canbiatore nostro possidendum. De quo pro constabiliscendam atque confirmandam tibi hanc nostram canbiationem manifesti sumus, quod a presente recepimus a te nominato poto canbiatore nostro in cambio una petia de binea in ipsa labandaria et flubio salsula; finitum dicimus aput nos receptum habere inclito ipso canbio. Ea scilicet ratione, ut hamodo et semper eadem nostra canbiationem integram, sicut supra legitur, habere et possidere baleatis, et faciatis exinde que hamodo tibi tuique heredibus placuerit sine contraditione nostra et de nostris heredibus requisitione. Unde guadia tibi dedimus et mediatorem tibi posuimus bonizo filio quoddam guido; et obligavimus nos etc. *Sequitur consueta formula, statuta multa quinquaginta auri solidorum constantinianorum.* Que te adelferi notarium hanc cartam nostre absscribere rogabimus, qui et interfuit. Actum in civitate luceria indictione feliciter.

† Ego iohannes iudex

† Ego gilglo teste

† Ego poto teste.

MXXV.

A. D. 1043.

† In nomine domini Vicesimo quinto anno principatus domni nostri guaimarii glorioso princeps, et quinto anno principatus eius capue et ducatus amalfi et sirrenti, quam et secundo anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi eius filii eximii principis et ducis, et primo anno ducatuum illorum apulie et calabrie, mense augusto, undecima indictione. Ego iohannes filius quondam amandi Clarefacio, quoniam mihi est pertinentem abere terra cum casa fabrita solarata intus anc salernitanam civitatem a subtus platea, que vadit ad porta rotense; et congruum est mihi predicto iohanni ipsa terra cum casa commutationis hordine dare. Unde coram presentia Amati iudici ostedi tres cartulas continentes de ipsa terra cum casa. Prima ex ipse cartule est continens: tricesimo septimo anno principatus domni nostri guaimarii, et septimo anno domni guaimarii eius filii gloriosi principibus, mense martius, octaba indictione; declaraberat gisolfus filius quondam guidoni et mulier nomine adeltruda filia quondam alfani comitis, amboque vir et uxor pertinentem abere terram vacua intus hanc salernitanam civitatem a subtus platea que pergit ad porta rotense, pertinentem ipsius gisulfi a parte ipsius guidoni genitori suo et a pars aloare genitrice sua, et ipsius adeltrude in ipsa terra pertinentem erat abere quartam partem pertinentem sivi a parte ipsius gisulfi viro suo, quod ille ei emisit in die sue copulationis, et erat ipsa terra per ec fines et mensuras; ab oriente fine eorum, inde sunt pedes viginti duo: A septemtrione fine anditum, inde sunt pedes viginti unum, et ipso andito erat de latitudo pedes quinque: Ab occidente similiter fine eorum, inde sunt pedes decem et octo: A meridie similiter fine eorum, inde sunt pedes viginti unum. Totum mensuratum ad iusto pedem manum hominis, sicut eorum iamdicti vir et uxor congruum fuerat bone sue boluntatis ante presentia ragemprandi iudici et alii nobilibus venumdederat adque ad semper abendum confirmaberat predicto amandi. Ipsa terra per ipse finis et mensuras, sicut ipsa cartula continet, que scripta est per iaquintus notarius roborata per ipsum qui supra ragemprandus iudex et lando. Secunda cartula est continens: Tricesimo octabo anno principatus, domni nostri guaimarii, et nono anno domni guaimarii eius filii gloriosi principibus, mense nobember, decima indictione. Declaraberat gisolfus filius quondam guidoni, quoniam ante hos annos ipse et adeltruda uxor sua venumdederat amandi filio petri et arechisi presbiteri filio falconi terram eorum quod abuerat intus salernitanam cibitatem,

sicut illorum cartule continent que scripte sunt per iaquintus notarius, roborate per ipsum ragemprandus iudex et aliis, et remanserat eorum inter illa et illa vènditionem aliquanta terricella, et sicut congruum fuerat ipsius gisulfi, sua bona boluntate per eadem cartulam ante idoneis hominibus donabi adque ad semper abendum confirmabi ipsorum iamdicto arechisi abbate et predicto amandi ipsa terricella que ei remanserat inter illa et illa eorum paratione, et nullam ei ibidem remanserat, set funditus illut eorum donaberat, sicut ipsa cartula continet que scripta est per ipsum iaquintus notarius, et ibidem scripti ademari notarius et alfanus notarius. Tertia cartula est continens: tricesimo hoctabo anno principatus domni nostri guaimarii et nono anno domni guaimarii eius filii, gloriosi principibus, mense nobember, decima indictione, scripta cartula ipsa per ipsum iaquintus notarius et ibidem scripti ipsum ademari notarius et alfanus notarius. Cum autem cartule ipse fuerunt lecte; congruum est mihi qui supra iohanni tota et integram ipsam terra cum casa fabrita commutationis hordine dare; et ideo, sicut mihi congruum est, bona mea boluntate per hanc cartulam ante presentia amati iudici missum supradictorum gloriosorum principum et ducis, quem inter nos direxit essendum, commutationis hordine tradidi tivi domno iohannis venerabili abbati monasterii sancte sofie, quod constructum est intus hanc predictam civitatem, inclita ipsa terra cum casa fabrita, qualiter mihi predicto iohanni est pertinens per supradictam cartulam, tivi domno iohanni abbate dedi et tradidi commutationis hordine pro parte ipsius monasterii sante sofie; qualiter ipsa casa conciata et edificata est cum omnia intra se abentes omnibusque suis pertinentiis et cum vice de via sua pro parte supradicti monasterii tivi exdicto domno abbati dedi et tradidi, ad securiter et firmiter amodo et semper pro pars ipsius monasterii ipsa casa abendum et possidendum, et omnia inde faciendum pars predicti monasterii quod boluerit, absque mea et de meis eredibus contrarietate vel requisitione. Et pro confirmatione uius commutationis per aliam cartulam tradidisti mihi tu predictus domnus abbas per absolutionem supradictorum gloriosorum principum et ducis quam et domni paldolfi germani supradicti domni guaimari gloriosus princeps et dux, cuius pertinet ipsum monasterium, alia terra cum casa fabrita pertinentem supradicto monasterio intus exdicta cives a subtus platea que vadit ad porta helini, ante ecclesiam sancti angeli subiecta ipsius monasterii, que est ipsa terra cum casa per as fines et mensuras: de una parte fine terra et curticella ubi puteum est, et est ipsa curticella et puteum pertinentes exdicti monasterii, abet exinde latitudo pedes quadtuor, et de alia parte est fine andei, que est inter ista terra et casa, et inter terra et case de eredes iohanni comiti, abet inde in longitudine pedes viginti sex minus uncie quadtuor. De tertia parte fine alia terra cum curticella, et inde abet simi-

liter de latitudine pedes alii quadtuordecim; de quarta namque parte fine terra et casa fabrita ipsius monasterii quod sibi reserbavit, et inde sunt similiter de longitudine pedes alii viginti sex minus uncie quadtuor. Tota suprascripta mensura mensurata fuit ad iusto pede manum hominis. Hec autem predicta terra cum casa fabrita per supradictas mensuras cum vice de ipsa curticella ubi est ipso puteum, et de ipso puteum a te predictus domnus iohannes abbas per aliam cartulam suscepi ego qui supra iohannes pro parte exdicti monasterii sancte sofie, sicut ipsa cartula continet, quod exinde aput me firmatam retineo, que scripta per iohannes scriba et roborata per ipsum amatum iudex. De qua ego predictus iohannes per convenientia guadia tivi domno abbati et tu una tecum erga te abendum advocatore, dum de ipsa guadia et tu ipsa guadia suscepisti pro vice predicti monasterii et fideiussorem tivi posui agherisi clericus filius quondam supradicti arechisi presbiteri et abbati; et per ipsa guadia obligo me predictus iohannes et meos eredes semper defensare ad pars predicti monasterii sancte sofie integram predictam traditionem, quam superius commutationis hordine tradidi tivi domno iohanni abbati pro partibus ipsius monasterii da omnes homines cum vice de predicto andei; et quando tu predictus domnus iohannes abbas et successores tuos, seu pars predicti monasterii bolueritis vice nostra auctores et defensores esse de supradicta meà tradictione, quam tivi superius commutationis hordine tradidi, licentiam et potestatem abeatis tu et successores tuos et pars prefati monasterii inde causare et finem facere, qualiter bolueritis, cum quale munimine et ratione inde ostendere bolueritis; et modo dedi tivi ad defensionem ipse supradicte cartule cum unum alium brebem de pariete de ipsa casa, qui scriptus est per ipsum iaquintus notarius et ibidem subscripti ademari notarius et alfanus notarius. Ut quando me vel meos eredes de supradicta mea tradictione nos quesieritis abere autores et defensores, detis nobis ipse supradicte cartule et ipsum brebem et ipsum parietem salbe et salbum, ad abendum nos ille diebus sexaginta, et nos defensemus ipsa supradicta nostra traditione, qualiter superius illas bobis commutationis hordine tradidimus tivi tuique successoribus, seu ad pars exdicti monasterii, da omnes homines, sicut supra diximus; et post completi ipse sexaginta diebus retdamus tivi tuique successoribus, seu ad pars predicti monasterii ipse cartule salbe cum ipsum brebem salbum, quale nobis dederitis per omnes vices, ad abendum illas pars predicti monasterii omni tempore in supradicta ratione. Si autem ego predictus iohannes vel meos eredes omnia, qualiter superius legitur, tivi predicto domno abbati et ad tuos successores, seu ad pars predicti monasterii non adimpleberimus, et si aliquit, de quod superius legitur, remobere vel contradicere quesierimus, aut si hanc commutationem per quobis ingenium dirrumpere quesierimus, et semper firmiter ibidem non permanserimus, per ipsa

guadia componere obligo me qui supra iohannes et meos eredes tivi predicto domno iohannes abbati et ad tuos successores, seu ad pars predicti monasterii trecentos aureos solidos constantinianos. Et ubi est pauculum disturbatum, legitur ipsa casa conciata.

MXXVI.

A. D. 1043.

† In nomine domini vicesimo quinto anno principatus salerni domni nostri guaimarii glorioso principe, et quinto anno principatus eius capue et ducatus amalfi, et quarto [1]) anno ducatus eius sirrentum, et secundo anno suprascriptorum principatuum et ducatus domni gisolfi eximii principi et duci filii eius, et primo anno ducato illorum apulea et calabria, mense agustus, undecima indictione. Memoratorium factum a me iohannes venerabilis abbas ex monasterio sancte sofie, quem a nobo fundamine construxit quondam guaiferius comes filius idem guaiferii comitis intus cibes salerni in rebus sua, eo quod ante subscribti idoneis testes per combenientia vice predicti monasterii et pro vice gemme relicta supradicti guaiferi filia quondam guaimari comiti, una mecum adesset iohannes castaldeus, adbocator ipsius monasterii, tradidit petri de aputmonte filio falconis una pecia de terra cum castanietum et insitetum, quod pars ipsius monasterii et predicta gemma habet in locum sianum, ubi trudulo dicitur, per ec finis et mensuras: a meridie fine domnica, inde passi septuaginta sex; ab oriente fine medio ballone; inde sunt passi centum sexaginta quadtuor: de super a septemtrione fine predicti monasterii et predicte gemme, inde sunt passi quadraginta octo: ab occidente fine de eredes mari, inde sunt usque priora fine passi alii centum sexaginta quadtuor, totum mensuratum at iusto passu ominis. de ec vero rebus infra suprascripte finis et mensuras inclita medietate exinde ipsius petri tradidit in oc ordinem, ut amodo et semper tota et inclita ipsa suprascripta estraditio at suam et de suis eredibus sint potestatem tenere et dominare, et fovee et omnis nostre utilitatis iusta rationem ibidem facere, et per omnes annos illut laborare et cultare, et ubi meruerit pastenare et insitare et surgere illut, sicut meruerit esset bonum esset castanietum et insi-

---

[1]) Lege: quinto sirrenti.

tetum in ipso locum, ut bonum pareat laboratum et cultatum, quatenus proficiant et non dispereant, et salbum faciat, sicut decet. Et per tempus, quando meruerit, ipse castanee et insites rationabiliter colligere et seccare bone, sicut meruerit, et ille et eius eredes faciant scire pars ipsius monasterii et predicte gemme, ut ibidem dirigat missum suum, et tote ipse castanee et insites per medietatem dividant; missus predicti monasterii et predicte gemme tollat eos medietatem, et ille et suos eredes medietatem, et ipsum missum nutricare, sicut iustum fuerit. Et de quod amodo et semper ibi seminant, deant inde terraticum ad ipsum missum secundum consuetudinem de ipso locum, Et quale tempore ille et eius eredes ipsa suprascripta traditio tenere et laborare non boluerint, aut non potuerit, inclitum illut laboratum et cultatum, qualiter meruerit, remidtat ad pars supradicti monasterii et predicte gemme et ad eius eredes, faciendum inde omnia quod voluerint. De qua per combenientia guadia nobis ipse petrus dedit vice ipsius monasterii et pro vice nominate gemme, et mediatorem nobis posuit dissio presbiter de aputmonte filius quondam ropfi; et per ipsa guadia etc: *Sequitur formula statuta multa viginti auri solidorum constantinianorum.* Quod scripsi ego petrus presbiter et notarius.

† Ego amatus presbiter

† Ego iohannes presbiter.

MXXVII.

A. D. 1043.

† In nomine domini vicesimo sexto anno principatus salerni domni nostri guaimarii gloriosi principi, et sexto anno principatus eius capue, et quinto anno ducatus eius amalfis et sirrenti, et secundo anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi eximii principi et duci filii eius, et primo anno ducatus illorum apulie et calabrie, mense octuber, duodecima indictione. Memoratorium factum a me mulier nomine tanda relicta quondam mari atrianensis filii gutti, eo quod ante subscripti testes per combenientiam secundum legem et consuetudine gentis nostre romanorum, et una mecum esset procuratorem meum, ad tenendum et lavorandum tradidi petrus filius quondam iohanni punzo de locum mitiliano una pecia de terra cum castanietum et insitetum, et rubolietum, et zenzale, et bacuum uno teniente in eodem loco mitiliano, que est ipsa pecia per as fines et mensuras. A parte

orientis abet passos centum quadraginta octo. A parte septemtrionis passos quadraginta quattuor. A parte occidentis passos nonaginta octo. A meridie passos septuaginta octo, mensurata ad iusto passu hominis. Tali ordine illut eis tradidi, ut amodo et semper natos nascentes ad sua et suos eredes sint potestatis illut tenere et dominare, fovee et omnis illorum utilitatis iusta rationem ibidem facere, et reditum ibi facere, qualiter voluerit iusta rationem, et unde meruerit, illut cludere, et ibidem residere et abitare, et intus ipsas mensuras pastenare vinea de bono vitineo per longitudo in omni loco passi quadraginta et latitudo in omni loco passi triginta a supradicto passu; et si plus vinea in ipsa priore mensuras pastenare potuerit, potestatem abeat et, ubi bacuum est in ipsa traditione, pastenare castanee, et insites, et zenzale, et ruboliole, et pomis iusta ratione, et tota ipsa vinea que modo ibi est, et in antea pastenaverit, apto tempore illas lavorare et cultare de super et de supter, sicut locus ipse meruerit, ut in completi sex anni abeant illis tota ipsa traditione pastenata et insitata de vona vinea, et inserto, et zenzale, et castanee, et ruboliole, et pomis, sicut de tantos annos locus ipse meruerit, Et da inde in antea tota ipsa tradictione tenere et lavorare, ut semper in melius proficiant et non dispereant, et per omnes perfectum pareat lavoratum et cultatum et salbum iusta ratione, ut amodo et semper per omnes annos ille et suos eredes scire faciant me et meos erēdes, ut ibidem dirigamus missum nostrum, et illis rationabiliter tota ipsa vinea bindemiare et temporibus suis ipse castanee, et zenzale, et roboliole, et inserte colligere et seccare bone, sicut meruerit; et faciat me et meos eredes scire, ut ibidem dirigamus missum nostrum, et de omnis vinum et frugens quod inde exierit, amodo et usque tres anni completi tertiam partem inde nobis dare, due sortes inde sivi abere; et da ipsi tres anni in antea de omnis vinum et frugens quod inde exierit, nos inde tollamus et illis medietatem; tantum ipse castanee et zenzale et inserte et ruboliole secce nobis dare sortionem nostram de ipso vinum per omnes annos illis eos reponant in organeum da vinum, quem nos eis adsignaverimus, et illis ipso organeo semper conciare et studiare bonum et reponere in ipso reditum intus ipsa res et salbum illut facere, donec illut inde tulerimus, absque degeneratione et ingne; Missum nostrum, dum pro ipse vindemie et pro ipsa frudia recipiendum ibidem steterit, illis eum notrire secundum illorum possivilitate, et per omnes annos deant nobis palmentatica, sicut consuetudo est pro ipso locum. Et de quod per annum in ipsa traditione seminatum fuerit, deant inde nobis terraticum, sicut consuetudo est pro ipso locum, et si ortum ibi fuerint, semper inde nobis dirigere, sicut iustum fiat, et si omines ad lavorandum et residendum ibidem mittere voluerit, potestatem abeant qui sit illorum parens vel minores, et ipsi petrus et suos eredes et ipsum omines nobis inde omnia adimplere, sicut supra declaratum est. Et quale tempore

eadem res tenere et lavorare noluerint, inclita suprascripta traditione bona lavorata et surta remittere ad nostram potestatem, et liceat illis inde exire cum omnes illorum mobile et ire ubi voluerit. Et per combenientia guadia michi ipse petrus dedi et mediatorem michi posuit seipsum per apposita nobis ad pignorandum omnis sua causa legitimo et inlegitimo, et per ipsam guadiam obligavit se et suos eredes, ut si taliter omnia suprascripta nobis non adimpleverint et aliquit inde contradixerint, per ipsam guadiam componere obligavit se ipse petrus et suos eredes michi meique eredibus biginti auri solidos constantinianos, et omnia suprascripta nobis complire, quod scripsi ego petrus notarius.

† Ego petrus me subscripsi

† Ego alderissi notarius me subscribsi.

MXXVIII.

A. D. 1043.

† In nomine domini vicesimo sexto anno principatus salerni domni nostri guaimarii, Et sexto anno principatus eius capue, Et quinto anno ducatus eius amalfi et sirrentum, Et secundo anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisolfi eximii principis et ducis filii eius, quam et primo anno ducatus eorum apulie et calabrie, mense december, duodecima indictione. Nos acceptus filius quondam falconi et mulier nomine aloara, qui sumus vir et uxor, et filia quondam petri qui dicitur sannutus, quoniam nobis est pertinentes abere una pecia de terra cum aliquanti arbori bitati in locum palmentata, ubi proprio biniola dicitur, salernitane finibus, que est per finis et mensurie: ab oriente fine medio ballone, sunt de latitudo per medio ipso ballone passi quadtuordecim: a pars meridie fine petri filii iohanni, sunt passi biginti quinque: a pars occidentis fine cilium de ripa, passi alii quadtuordecim: a pars septemtrionis fine termiti, passi quadraginta duo, totum mensuratum ad iusto passu ominum. De suprascripta pecia de terra per supradicte finis et mensurie pertinentem est inde mihi accepti abere tres partes, et mihi iamdicte aloare per quartam pars per meum scriptum morgincap, quem ipse acceptus mihi emisit in die nostre copulationis, et congruum est nobis iamdictis viri et uxori communiter ipsa rebus vindere. Unde nos iamdicti accepti et aloare perreximus quoram presentia ademari comiti et iudici, tamen una mecum iamdicta aloara mecum abentes duos propinquiores parentibus meis,

et ego ad ipsum iudex illut notificabimus; ipse iudex secundum mandatum legis nos iamdicta mulier interrogata et inquisita sum, ne forte aliqua violentiam essere patibula ab ipso vir meus, aut a quacumque omine. In eius presentia manifesta sum nullam patere biolentiam, set spontanea mea esset boluntas ipsa quarta mea de ipsa rebus benumdare bolo, quorum ipse bir et parentibus meis mihi consentiens esse dixerunt; et pro stabilitatis causam ipse iudex cum ipse bir et parentibus meis in anc cartulam suis manibus posuerunt, ut quod benumdedero, omni tempore firmum stabilemque manere, et alderisi notarii per notitiam de ipso iudex et de ipsi vir et parentibus nostris rogabimus cartula ista benditionis exinde scribendi, ut absque damnationis legis securas inde manere. Et Ideo nos iamdicti vir et uxor post accepta apsolutione ab ipso iudex, sicut nobis iamdictis viri et uxori congruum est bone nostre boluntatis per anc cartulam ante presentiam ipsius ademari comiti et iudici, quam et pro licentia et apsolutione romoaldi ministeriali venumdedimus adque ad semper abendum confirmamus tibi supradicto petri filio quondam iohanni tota et integram ipsa suprascripta pecia de terra cum aliquanti arbori bitati per supradicte finis et mensurie, cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis, et cum bice de via sua, securiter et firmiter amodo et semper tu iamdictus petrus et tuos eredes illut abendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum que bolueritis, apsque omni nostra et de nostris eredibus contrarietate vel requisitione. Unde pro confirmanda anc nostra vinditione communiter recepimus a te iamdicto petro emtorem nostrum statutum pretium auri tari boni tridecim, sicut inter nos combenit. De qua per bona combenientia nos iamdicti vir et uxor commune consensu, tamen ego iamdicta aloara per bolumtate istius viri mei, in cuius mundio sum, guadia tibi predicto petri dedi et mediatores tibi posuimus nos ipsis; et per ipsa guadia etc: *Sequitur formula, statuta multa biginti auri solidorum constantinianorum*. Et taliter scribere rogabimus te alderissi notarius qui interfui.

† Ego qui supra ademari iudex.

MXXIX.

A. D. 1043.

† In nomine domini nostri iesu christi, Tertio [1]) anno imperii domni constantini sanctissimo imperatore nostro, Mense decenvri, duodecima indictione. Ego lasdolfus presbiter filio quoddam . . . . (*deest nomen*) de civitate serra Clarefacio, quoniam pertinentem aveo tertiam partem in ecclesia beati laurentii levita et martirex et lucie virginis hac martires, que constructa et dedicata esse videtur in finibus de cibitate serra, in locum ipsa cesterna dicitur. Et congruum abeo ipsam iamdictam tertia partem de ipsa predicta ecclesia, et de omnia eius pertinentia, quantum mihi in ipsa tertia parte de ipsa ecclesia pertinet, pro redemtione et salvatione anime mee donare adque offerire et meis congruitatibus perficiendas. Quampropter Ego qui supradictus lasdolfus presbiter, Sicut mihi congruum esset videtur, bona etenim mea volumtatem, quam et pro firma stavilitatem interesset leo iudice et alios qui ic conscripti sunt testes, per hanc quoque videlicet cartulam unanimiter pariterque cum lupo adbocatori meo tradidimus et donavimus adque offeruimus tibi domni iohanni venerabilis Sacerdos et monachus Totam et integram ipsa tertia pars de ipsa supradicta ecclesia et de omnia eius pertinentia, sicut superius declaravimus, Et de predicta mea donatione adque offertione, Nec mihi, neque ad meis erhedibus, neque ad que supra uxoris mee, set nec cuiuscumque alteris ominis nichil exsinde reserbavit portione requirendi; Set cum inferius et superius, adque cum via et andito suo, cum trasita et exita sua, adque cum omnia quantum ipsa tertia parte de ipsa ecclesia pertinet, sicut ipsa carta nostra exsinde continet, tibi prenominatus iohannes venerabilis sacerdos et monachus, Trasactivo nomine, donavimus adque offeruit tibi ad avendum et possidendum. Unde pro confirmanda hanc mea donatione adque offertione recepit a te predicto iohanne venerabilis sacerdos et monachus iusta legem launegilt camiso uno et oratione in omni decisione. Ea ratione, ut amodo et semper Tu predictus iohannes venerabilis sacerdos, et cui a te data esset paruerint et ad illorum erhedibus, Eadem mea donatione adque offertione, sicut superius legitur, firmiter haveatis et possideatis, et exsinde omnia faciatis quodcumque volueritis, sine contradictione meam et de meis erhedibus et sine cuiuscumque requisitione. Quod si

---

[1]) Lege : *secundo.*

aliquando tempore Ego qui supradictus lasdolfus presbiter, aut meis heredibus ec mea predicta donatione et offertione, sicut superius legitur, Tecum predicto iohanne venerabilis sacerdos et monachus, et cuy a te data esset paruerint, vel illorum heredibus per qualiscumque ratione causare aut contendere quesierimus, volendum inde vobis aliquit tollere vel amminuare, aut si sup de vestra quesierimus suptraere proprietatem; Ideo ante omnia viginti solidi constantini pena Ego qui supradictus lasdolfus presbiter et meis erhedibus tivi eidem iohanni venerabilis sacerdos et monachus, et cuy a te datum esset paruerint et ad illorum erhedibus per hanc cartulam componere obligamus, et in antea omni tempore taciti et quietis . . . . . vos maneamus per invitis. Igitur autem obligo me Ego qui supra lasdolfus presbiter et meis erhedibus obligo tivi iamdictus iohannes veneravilis sacerdos et cuy a te data esset paruerint, quam et ad illorum erhedibus, ut integram nostra donatione adque offertione, sicut superius legitur, vobis amodo et semper Av omnibus hominibus av omnique partibus antistare et defendere una cum omnibus suis remmeliorationibus secundum legem per supradicta pena obligata; de colludio autem, si at vos pulsati fuerimus ad dei evangelia, nos vobis legibus satisfaciamus. Et hanc cartula, de qualiter continet, in eo ordine firma et stabile vobis permaneat in perpetuum, quemammodum te quidam girardus diaconus adque notarius taliter scribere rogavimus. Actum in civitate serra feliciter.

† Ego qui supra leo iudice

† Ego iohanne ungri.

MXXX.

A. D. 1043.

† IN NOMINE DOMINI DEI ETERNI SALVATORIS IHESU CHRISTI WAIMARIUS ET GISULFUS divina favente clementia langobardorum gentis principes et duces. Pro amore omnipotenti deo et nostrae salutis animae concedimus tibi iohanni venerabili abbati ecclesia vocabulum sancti angeli, quae sita est in monte qui vocatur coraci . . . . . . cum vineis et casis et cum omnia que ipsi ecclesie habere videntur. Et est terra ipsa, ubi predicta aecclesia sita est in omni parte passus quingentos iusto passu hominis mensurati. Sic tamen, ut tu iamdictus iohannes abbas sancti archangeli omnibus diebus vite suae

praefatam ecclesiam sancti angeli tenere debeas, et dominare, et possidere, et frudiare, cum omnia infra se habentibus omnibusque sibi pertinentibus. Seu et concedimus tibi supranominati iohanni venerabili abbati monasterii sancti archangeli ecclesia vocabulum sancti martini, quae sita est in finibus lucanie, ubi ad sala dicitur, cum terris et vineis, et cum omnia infra se habentibus per has fines. A parte orientis fine aqua, quae decurrit per ipso gualdu et saliente per ipso ballone et pergente usque in serra, et revolvente per ipsa serra et coniungente in ipso ballone, unde per iems aqua decurrit, et descendente per ipso ballone et coniungente in ipso ballone qui est priore fine; prenominata vero ecclesia cum omnia infra se habentibus et cum omnia . . . . absque cuiuslibet contrarietatem vel requisitionem. Ita tamen, ut aliquando . . . . . etc.

Anno vicesimo sexto principatus Guaimarii, et sexto principatus Capuae, et quinto ducatus Amalphiae et Sirrenti et secundo anno Gisulphi eius filii. Mense Decembri. Indictione duodecima.

MXXXI.

A. D. 1044.

† In nomine domini domno constantino dibina gratia imperatore augusto deo propitio secundo hanno imperii eius, mense ianuario, undecima [1]) indictione. Ideoque nos qui sumus nomine laudelgardo et teudemari iudices, et iohanne filius iohanne capugrasso, qui sumus commorantes intus cibitate luceria, eo quod intus cibitate luceria coram presentia sadelberto magnifico iudice et aliis nobiliores hominibus qui hic supter conscripti sunt, quia pertinente nobis habemus unam petiam de terra, que est de ipsa ecclesia sancti benedicti in locu supter ipsa hecclesiam sancti iacobi apostoli et quia his dicta terra pro opus da ipsa sancta hecclesia sancti benedicti vobis in unum bendere congruum est vestra congruitate vel necessitatem exinde faceret. Sic nobis congruum et habtum videtur, bona etenim nostra bolumtate coram presentia supradicti iudicis et aliorumque subscriptorum testium benumdedimus vobis franco benerabilis abbas et magnardo presbiter ipsam dictam terram, quam superius patefeci-

[1]) Lege: *duodecima*.

mus nobis esse pertinentem que habet fines. De prima vero parte, quod est a fine de ipse vinee de poto filio poterisi, inde sunt iustum mensuratum hominis mediocris persona passi triginta et sex. De secunda vero pars, quod est a fine de ipsa via plubica, inde sunt passi quinquaginta. De tertia vero pars, quod est a medio limite fine ipsa terra de ipsa hecclesiam sancti iacobi apostoli, inde sunt passi sexaginta et tribus. Da quarta autem pars fine ipse vinee de ipsa hecclesia sancti iacobi, inde sunt usque in priores fines passi quadraginta nobem. Inter iste namque finis et mensura que superius cernitur et legitur, de fine in fine quantum infra claustrum est, ipsa iamdicta terra, unde nec nobis neque ab eredibus nostris verum etiam neque ad nullum quempiam hominem ibi aliquit portio reserbabimus requirendi. Set qualiter se iacet ipsa iamdicta terra una cum mediis limitibus et cum biis et handita sua, necnon et cum viis omnibusque pertinentiis suis dedimus vobis nominato franco benerabilis abbas et mayardo presbiter possidendam. De quo pro constabilisscendam atque confirmandam vobis hanc nostram benditionem manifesti sumus, quod a presente recepimus a vos nominati emtori nostri uno aureo solido constantiniano scifato per caput, et . . . . miliarensis ex rame bona; finitum dicimus aput nos receptum habere ipsum pretium. Ea scilicet ratione, ut hamodo et semper eadem nostram benditionem integram, sicut supra legitur, habere et possidere baleatis et faciatis exinde que amodo vobis placuerit, sine contraditione nostra et de nostris heredibus requisitione. Unde guadia nos vobis dedimus et mediatorem vobis posuimus . . . . et obligamus nos et nostris heredibus vobis omnibus ut supra entori nostri et ad vestris posterioribus, ut hanc nostram benditionem nos vobis ab omnibus hominibus ab omnique partibus antistare et defendere debeamus illam vobis per inbitis; quod si noluerimus, aut si nos ipsis per qualiscumque modis vel ingenium illam vobis retornare aut remobere quesierimus, primis omnium questio et causatio nostra inanis et tacita sint, et viginti aurei solidos constantinianos penam vobis nos et nostris heredibus componere obligamus et in antea tacimus nos et contenti per imbitis maneamus in eadem guadia et per districtum ipsum vestrum mediatorem, qui se tribuimus vobis ad pinerandum omnia sua pinnera legitimam et inlegitimam tamdium, donec per inbitis adimpleamus vobis ea que superius diximus, que te adelferi notarius hanc cartam venditionis scripsit et interfuit. Actum in civitate luceria indictione feliciter.

† Ego qui supra adelberto iudex

† Ego caloleo teste

† Ego poto teste.

MXXXII.

A. D. 1044.

† In nomine domini vicesimo sexto anno principatus salerni domni nostri guaimarii, et sexto anno principatus eius capue et [1]) ducatus illius amalfi et surrenti, et secundo anno principatus domni gisolfi eius filio et ducibus, et secundo anno ducatus eorum apulie et calabrie, gloriosi principibus, mense februarius, decima indictione. Ante me lando comes causavit lando comes filius quondam landenolfi comitis dicentes adversus iohannes clericus filius quondam iohanni presbiteri, quod ipsu iohannes et omines eius malo ordine et sine ratione introisset in rebus suas et de consortibus suis quod avet in locum muntorum et per vocabulis de muntorum, et illut cavasset et exfossasset, et frudium inde tulisset. talia audientes ipsum iohannes clericus responsum retdidit ei dicendum, ut plures rebus avere in locum muntorum et per vocabulis de muntorum, set nesciret unde cum eum causaret. ego predictus comes talia audiente inter illis iudicavimus et utrisque illis guadiare fecimus, ut pars partium plicaret se et pergere super ipsa rebus cum iudice et notario, et ipsum ando comitem vice sua et de consortibus monstraret ipsa rebus, unde cum eum causaret, et per partes plicaret se cum suis rationibus et quale lege et iustitia fuerit, inter se inde finem faciant. unde ipsum lando comes posuit exinde ei mediatorem lando filius dauferii, et ipsum iohannes clericus exinde posuit mediatorem ipsius landoni comiti visantius filius truppoaldi, et pro pars ipsius landoni comitis scrivere te fecimus dumnando clericum et notarium feliciter.

† Ego qui supra lando comes.

---

[1]) Quinto potius anno Amalphiae et Sirrenti.

MXXXIII.

A. D. 1044.

† In nomine domini vicesimo sexto anno principatus salerni domni nostri guaimarii gloriosi principis, et sexto anno principatus eius capue et [1]) ducatus amalfis, et quinto anno ducatus eius sirrenti, et secundo anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi eximii principi et duci filii eius, et secundo anno ducatus illorum apulie et calabrie, mense martius, quintadecima die intrante duodecima indictione. Declaro ego leo atrianensis filius quondam ursi, quoniam ante os dies per firma cartula ante presentia Amati iudici bendiderunt michi urso presbiter et maraldus germani filii quondam iohanni piciniulo inclita terra et casa illorum de intus anc salernitanam civitatem in bico et a super ecclesia sancte treufimen, que est per hec finis et mensuria. A parte orientis fine bia, inde pedes sedecim. A septemtrionis pedes duodecim et medium. A parte occidentis pedes decem et septem. A meridie pedes quattuordecim mensuratum iusta pedes manus hominis. Iamdicta terra et casa per iamdictas fines et mensuras inclitam illam ipsi germani michi bendiderunt cum omnia intro se abentibus et suis pertinentiis et cum bice de via sua, et qualiter illos modo conciata et edificata est, ad faciendum inde ego et meos eredes omnia quod voluerimus, sicut ipsa cartula continet, que scripta est per petrus notarius, et in ea testatum ipsum amatus iudex. Et congruum est nobis amodo inclita ipsa terra et casa, qualiter conciata et edificata est, illas tradere ipsorum ursi presbiteri et maraldi. Tali tinore, ut amodo et usque unum annum et mensibus sex, ut amodo se compleant, ad illis et ad illorum eredibus sint potestatis eos tenere et dominare, et in ipsa casa residere et abitare cum ominibus eorum, et omnis illorum utilitatis iusta rationem ibidem facere et nullam rationem inde nobis dare, quia sic inter nos stetit et complacuit. Ad completi autem ipso unum annum et mensibus sex, ut amodo se compleant, liceat ipsi urso presbiter et maraldus de ipsa terra et casa exire cum omnis illorum mobile, et ire ubi boluerit, absque omni mea et de meis eredibus contrarietatem, et inclita ipsa terra et casa per suprascriptas fines et mensuras salba, et conciata, quale illas eorum modo tradidi, remittere illis et suis eredibus ad potestate mea et de meis eredibus, faciendum inde omnia quod volue-

[1]) Quinto.

rimus in omni ordine et ratione, sicut ipsa suprascripta cartula continet, que de ipsa terra et casa da illorum partibus firmatam retineo. Unde in eo ordine per vona conbenientia guadia michi ipsi urso presbiter et maraldus dederunt, et mediatore michi posuerunt marinus qui dicitur de viba; et per ipsam guadiam etc. *Statuta multa centum auri solidorum constantinianorum.* Quod scripsi ego petrus notarius.

† Ego truppoaldus notarius me subscripsi

† Ego petrus me subscripsi.

MXXXIV.

A. D. 1044.

† In nomine domini vicesimo sexto anno principatus salerni domni nostri guaimarii, et sesto anno principatus eius capue et dux amalfi, quinto anno ducatus eius sirrenti, et secundo anno principatus et ducatus domni nostri gisolfi eius filii, et secundo anno ducatus eorum apulea et calavrie, mense aprilis, duodecima indictione. Ante me ademari comitis et iudex venerunt grimoaldus filius quondam ursi et lambertus filius quondam truppoaldi, qui sunt thios et nepotes abitatori de locum campiliano, et placentes inter illis ipse iamdictus lambertus vona sua bolumtate venumdedit ipsius grimoaldi varbani sui tota et inclita sortiones suas quod ei pertinet abere in predicto locum campiliano de omnes rebus stabile et mobile, cum omnes sortiones suas de monimen ex ipsis rebus pertinentes, et nullam exinde sibi reserbavit, set totum a funditus illut eidem grimoaldi venumdedit, Ad securiter et firmiter amodo et semper ipse nominatus grimoaldus et illius eredes inclita ipsa sortione predicti lamberti nepoti sui abendum et faciendum exinde omnia quod boluerit. et propter uius carte vinditio eidem grimoaldi firmandam statim suscepit exinde ipse lambertus a predicto grimoaldi statutum pretium, i sunt auri tari boni biginti octo in omnis deliberatione, sicut inter illis combenit. Et guadiam ipse lambertus eidem grimoaldi dedit, et mediatorem ei posuit seipsum uniusque placentes; et per ipsa guadia obligavit se ipse lambertus et suos eredes semper defensandum ipsius grimoaldi et ad eius eredes inclita suprascripta vinditio da omnibus illis hominibus et partibus, qui pro sua parte vel datum aut de ipsum genitorem et genetrice sua quodcumque causationes exinde eis ipse posuit; et si taliter, ut dictum est, ipsa sua sortione eidem grimoaldi vel ad eius

heredes non adimpleberit, et aliquit de omnia suprascripta contradixerit, componere obligavit se ipse lambertus et suos eredes, predicto grimoaldi vel ad eius eredes, triginta auri solidos constantinianos et, sicut superius legitur, illut ei adimplerent; de alii vero hominibus et parte, et quando ipse grimoaldus vel eius eredes per se boluerit illut sibi defensarent, potestatem abeant, qualiter voluerint, cum quale rationem inde ostendere voluerit. pro taliter, ut supra diximus, venumdedit ipse lambertus ipsius grimoaldi omnes sortiones suas de omnis rebus stabile et movile, ubicumque ei pertinuit abere per qualecumque ratione, in montibus et in planis, ad faciendum exinde ipse grimoaldus et illius eredes omnia quod boluerit, per suprascripta guadia et obligata pena, semper defensatum illut ipsius grimoaldi et ad eius eredes, et cui cartula ista in manum paruerit, per illa ratione, sicut supra legitur. Et taliter scribsit ego dauferius notarius per demandationem suprascripti comiti et iudici.

† Ego qui supra ademari iudex.

MXXXV.

A. D. 1044.

† In nomine domini vicesimo sexto anno principatus salerni domni nostri guaimari principis, et sexto anno principatus eius capue et ducatus eius amalfi, et quinto hanno ducatus eius surrentum, et secundo anno subscriptorum principatuum suorum domni nostri gisolfi filii eius gloriosorum eximii principes et duces, et primo [1]) anno ducatus eius apulie et calabrie, mense aprilis, duodecima indictione. Ideoque ego gaido filius quondam iohanni, de locum nucerie, de sicut michi congruum est, vona etenim mea bolumtate per anc cartulam ante presentia petri iudicis et alii testes venumdedit atque ad semper abendum confirmo tivi machenolfi filio quondam machenolfi de iamdictum locum nucerie una pecia de terra mea pomifera, quod ego abeo in iamdictum locum nucerie, ubi ad casolla dicitur, propinquo ecclesie sancte marie per hec finis et mensurie: ex omni parte abet fine mea et de consortibus meis, et est longitudo da duobus partibus passi ana decem

---

[1]) Lege, secundo.

et septem, et latitudo capite et de pede passi ana duodecim, totum ad iusto passu homini est mensuratum; hec vero rebus per iamdicte finis et mensure cum omnia intro se abentibus homnibusque suis pertinentiis et cum vice de via sua totum et inclitum illut per supradicte finis et mensure tivi iamdicto machenolfi venumdedit; et obligo tivi machenolfi ipsa alia rebus mea, quod ego ibidem abeo coniunta, ut si illam daturam aut vendituram abuero, non abeamus petestate alii cuicumque illut venundare preter ad tivi qui supra machenolfi vel ad tuis eredibus; et quando illut daturo abuerimus, faciamus nos vel nostris eredibus ipse machenolfus vel suis eredibus scire pro illut tollendum per tertio constituta de duodecim in duodecim usque in dies triginta sex, dandum inde nobis iusto balientem pretium que iuste fuerit appretiata; et si infra ipsa constituta illut emere et tollere noluerint, post ipsa constituta licead nos illut ei dare cui voluerint; nam si ante ipsa constituta cuicumque illut dederimus, ut de vestra potestate esset substractum, tunc sine pretium redeat at tua vel de tuis heredibus potestatis. Et de ipsa suprascripta mea venditione, ut superius legitur, in omnibus securiter et firmiter abeatis et faciatis exinde omnia quod volueritis, sine omni contrarietate mea, vel de meis heredibus, aut cuiquam hominibus. unde pro confirmanda et stabiliscenda suprascripta mea venditione et obligatione, ut superius legitur, a presentis recepi a te iamdictus machenolfus statutum pretium, i sunt auri tari octo in omni deliveratione, sicut inter nobis comvenit: finitoque vero pretium ipsum aput nos ea ratione. de qua ego iamdictus gaido vona mea voluntate guadia tivi qui supra machenolfi dedit de omnia que prelegitur, et mediatore tivi posuit cicerus filius quondam landoni da li lavano; et per ipsa guadia etc. *Sequitur consueta formula, statuta multa viginti auri solidorum constantinianorum.*

Quam te iohannes notarius scribere rogavimus actum uius nucerie.

† Ego qui supra petrus

† Ego romoaldus.

MXXXVI.

A. D. 1044.

† In nomine domini vicesimo sexto hanno principatus salerni domni nostri guaymari, et sexto hanno principatus eius capue, et quinto [1]) anno ducatus illius hamalfi et surrenti, et secundo anno suprascriptorum principatuum domni gisolfi eximii principi et duci eius filii gloriosi principibus, mense aprelis, duodecima indictione. Ideoque nos stefano, et mele, et georgii, et urso germani filii quondam mele, una cum ipsa hamata genitrice nostra clarefacimus nos abere una pecia de terra cum binea in loco persicitu, et congruum nobis est ipsa benumdare handrea beneravilis abbas de monasterii bocabulo sancti magni, et, sicut nobis iamdictis talis est congruum, hante ydoneis subscripti hominibus per hanc cartulam benumdedimus atque remisimus tivi iamdicto andrea abbati tota et inclita ipsa pecia de terra cum vinea de predicto loco persicitu per ec finis et mensuria : ha pars orientis sunt passi viginti nobem ; da capite passi triginta septe usque in ipso termite, et descendente modicum usque in alio termite sunt passi sex, et abiente et pergente usque in ipso ballone sunt exinde passi decem et octo, et descendente per ipso riatellu usque in ipso ballone et abiente usque in ipso termite qui fictum est in ora de ipso ballone priores fines; totum at iusto passum hominis est mensuratum. infra autem fines et mensuras tota et inclita ipsa iamdicta pecia de terra cum binea tivi iamdicto andrea habbati venumdedimus cum introitu et exitu, et cum bice de bia sua, et omnia intro se abentibus et cum omnibus suis pertinentiis, At securiter et firmiter hamodo et semper tu iamdictus andrea habbas et tuis successoribus illut habendum, dominandum, possidendum et omnia inde faciendum quod volueritis. Et pro firma stavilitate recepimus a te suprascripto pretio aurei solidi septe in omni finitione, sicut inter nos stetit. De qua per combenientia nos iam totis supradicti germani una cum ipsa genitrice nostra guadia tivi andrea habbati dedimus, et mediatorem tivi posuimus risanda filio quondam lando, qui est avitator de loco batolla; et per ipsam guadiam etc. *Sequitur consueta formula, statuta mulcta triginta auri solidorum constantinianorum.* Et taliter scripsit ego petrus subdiaconus et notarius; Hactum cilento qui interfui.

† Ego stefanus presbiter

† Signum manu mauro filardo.

---

[1]) Potius: sexto Amalphiae et quinto Sirrenti.

MXXXVII.

A. D. 1044.

† In nomine domini vicesimo sexto anno principatus salerni domni nostri guaimari, et sexto anno principatus eius capue, et quarto [1]) anno ducatus illius amalfi et sirrentu, et secundo anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni nostri gisulfi eximii ducis filii eius, quam et secundo anno ducatus illorum apulie et calavria, mense aprelis, duodecima indictione. Memoratorium factum a me iohannes clericus filius quondam ursi presbiteri qui fuit quondam abbas, eo quod ante subscripti idoneis ominibus per vona combenientia ad tenendum et lavorandum tradidit ego ciceri de locum angre filius quondam iohanni pisapia de rebus mea una pecia de terra baciba quod abeo in locum angre, abentes finis ipsa pecia et est per mensuras: a parte meridie fine rebus rocci, inde sunt passi decem et sebtem : ab oriente de longitudo fine ominibus de sancta maria, inde sunt passi quinquaginta sex: a sebtemptrione fine rebus maraldi filii mari consortes meos, inde sunt passi quactuordecim: ab occidente fine landoni castaldei et disiio germani ipsius ciceri, inde sunt passi quinquaginta sex, totum ad iusto passum omini mensuratum. predicta pecia de terra per iamdictas fines et mensuras cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis, et cum vice de via sua illut ei tradidit ad lavorandum et pastenandum arbustum, tali ordine, ut amodo et omni tempore, nato nascente. ad sua et de suis eredibus sint potestate tenere et dominare, et fobee et omnis sue utilitatis iusta ratione ibidem faciant, et tota ipsa tradictione acto tempore lavorare et cultare et studiare vonum, sicut meruerit, et ubi meruerit, arbores et vites ille et suos eredes ibidem plantare et propaginare et surgere, sicut meruerit, ut amodo et usque duodecim anni completi abeant in tota ipsa tradictione arbustum factum, et operatum, et cultatum, et surtum, sicut de tantos annos fuerit et locus ipse meruerit, et quod paratus fuerit amodo et usque ipsi duodecim anni, omnis vinum quod inde exierit, per medietatem illut inter nos dividamus: ego et meos eredes medietatem et ille et suos eredes reliqua medietate, et ab inde in antea ille et suos eredes tota ipsa traditione acto tempore lavorare et cultare et studiare vonum, sicut meruerit, ut in melius proficiant et non dispereant, et curam et vigilationem

---

[1]) Potius : sexto Amalphiae et quinto Sirrenti.

inde abeant, sicut decet. Et per tempus de vindemie, quando meruerit, ille et suos eredes faciant scire nos et nostris eredibus, ut dirigamus ibidem missum nostrum, et tota ipsa tradictione acto tempore vindemiare et ad palmentum procurare, et omnis vinum quod inde exierit, per medietatem illut inter nos dividamus: ego et meos eredes medietatem, et ille et suos eredes reliqua medietate; et ipsa sortione mea, quod michi in sorte ebenerit, ille et suos eredes illut reponant salbum in organeum quod ei assingaberimus, qui per illum et suos eredes vonum fuerit conciatum et studiatum, sicut meruerit, et repositum intus domus sua; ipso missum quod ibidem direxerit, illut autem nutricare, sicut iustum fuerit et secundum illorum possibilitatem, et palmentatica michi deant, sicut iustum fuerit; et quod amodo et semper ibidem seminaberint, deant inde nobis iusto terraticum secundum consuetudinem de ipso locum. Et quale tempore ille et suos eredes tota ipsa tradictio in iamdicto ordine tenere et lavorare non voluerint, aut non potuerint, inclitum illut lavoratum et cultatum, qualis meruerit, remidtat ad potestate mea et de meis eredibus, faciendum quod voluerint, et licead ille et suos eredes inde exire cum omni causa sua mobilia, et ire cum illut ubi voluerit, absque omni contrarietate mea et de meis eredibus. Unde in eo ordine per vona combenientia guadia michi ipse cicerus dedit et mediatorem michi posuit erchempertus filius mari presbiteri; et per ipsa guadia obligavit se ipse cicerus et suos eredes, ut si taliter omnia suprascripta ille et suos eredes michi meique eredibus non adimpleverit et aliquit inde contradixerit, per ipsa guadia componere obligavit se ipse cicerus et suos eredes michi meique heredibus viginti aurei solidos constantinianos, et unc brebem scripsi ego petrus notarius qui interfui.

† Ego guandelferi

† Ego dauferius.

MXXXVIII.

A. D. 1044.

† In nomine domini vicesimo sexto anno principatus salerni domni nostri guaimarii gloriosi principis et sexto anno principatus eius Capue et ducatus illius amalfis, et quinto anno ducatus illius sirrenti, quam et tertio anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi eius filii eximii principis et ducis, et secundo anno ducatus illius Apulie et calabrie,

mense magio, duodecima indictione. Nos iohannes domini gratia monachus et abbas monasterii sancte sofie quod edificatum est intus hanc salernitanam civitatem, et mulier nomine gemma filia quondam germani comiti et relicta guaiferii, Tamen ego gemma cum boluntate guaimarii comiti germani et mundoalt meum, in cuius mundium sum, Ante subscripti idoneos homines per convenientia tradidimus tivi ursi filio quondam iohanni et petri capuano filio quoddam nibo inclito molino pertinente ipsius monasterii et meumque gemme quod edificatum est in flubio lirno, Tali tinore, ut amodo et dum vibus fuerit ipse ursus et hominem qui ibi miserit, ipse ursus liceat illum tenere et omnes sue voluntatis ibi facere et abere iusta rationem; et si molitura vel aliquit ibidem abere potuerit, totum illut sivi abeant, et die noctuque ipsum molinum concient ipsum ursus et vigilent, ut legitime maccnare possant, et si per plena ruperit aqua de ipso molinum, vel serraturam, aut aliquit de ipsum molinum necessum fuerit ibidem conciare, nos faciamus illut conciare, et ipse ursus et homines qui ibidem miserint, adiubent ibidem ad conciare, et ipsum molinum, qualiter ipsius ursi illut tradidimus in parte orientis cum redita sua et cum vice de via sua inclitum illut salbum faciat; et quando mole ibidem necessum fuerit, ipse ursus inveniat ibidem mole bone et nos demus ei pretium, unde tollant ipse mole, et ipse ursus ipse mole tollat et ibidem ipse mole ponat, et mole beteri que ibidem fuerit, nobis assignent, et per omnes menses deant nobis ipse ursus per ipsa molitura, qualiter dant alium molinum de monasterio sancti petri et sancti iohanni et de sancta gerusalem, qui ut ipsum molinum sancti iohannis edificatum et coniunctum ad ipsum molinum nostrum in parte occidentis, et ipsum ursus per omnes menses sic deant nobis et ad missum nostrum pro ipsa molitura, quomodo ipsum molinum sancti iohanni dant ad ipsum monasterium sanctam ierusalem, et semper in pasca resurrectio domini et in nativitas domini et sancte sofie deant nobis ana singuli tari per ipse festivitatis, et quinquagintas scaldati boni deant nobis in predicta nativitas domini et in ipsa resurrectio domini, a die hobitus ipsius ursi assignet nobis eredes ipsius ursi et homines qui ibidem miserint, assignent nobis ipsum molinum conciatum bonum cum mole et ferratura sua et omni sua pertinentia, et cum redita sua conciatum bonum, qualiter meruerit; et quando pro conciare ipsa ferraturia et arcaturia de ipsum molinum et aut pro gente puplica hopera perdiderit ipsum molinum, faciamus ei minus de ipsa molitura, qualiter facit ipsum monasterium sancti iohannis ad ipsum suum molinum. Unde in eo tinore per convenientiam guadia nobis dedit ipse ursus, et mediatorem nobis posuit manus atrianensis filius quondam comiti iohanni; et per ipsa guadia obligavit se ipse ursus et suos eredes, ut si omnia suprascripta nobis et ad pars ipsius monasterii, et cui brebem istum in manu paruerit, non adimpleberit et aliquit inde con-

tradixerit, per ipsa guadia componere obligavit se ipse ursus et suos eredes nobis, et cui brebem istum in manu paruerit, viginti aurei solidos constantinianos, et per omnes ebdomadas nobis macenent, sicut consuetudo fuit, sine molitura per suprascripta guadia et obligata pena, quod scripsi ego iohannes scriba qui et advocatum suprascripti monasterii qui interfui feliciter. Verumtamen hoc memoramus, ut ipse ursus posuit nobis seipsum mediatorem de suprascripta guadia per appropriata legitima et inlegitima, quod subiunsit ego qui supra iohannes scriba feliciter.

† Ego dauferius notarius me subscripsi

† Ego truppoaldus notarius me subscripsi.

MXXXIX.

A. D. 1044.

† In nomine domini Vicesimo sexto anno principatus salerni domni nostri guaimarii gloriosi principis, Et sexto anno principatus eius capue, Et ducatus amalfis, Et quinto anno ducatus eius sirrenti, Et tertio anno suprascriptorum principatuum Et ducatuum domni gisulfi eximii principis. Et duci filii eius, Et secundo anno ducatus illorum apulie Et calabrie, mense iunius, duodecima indictione. Memoratorium factum a me iaquintus de loco muntorum filius quondam petri, Eo quod ante subscriptis idoneis hominibus per vona combenientia tradidit michi domnus alferius diaconus archipresbiter et abbas ecclesie sancti maximi, qui constructum est intus anc salernitanam civitatem, de res pertinentes ipsius ecclesie due pecie de terra, quod in beneficium retinet petrus diaconus filius iohanni da pars ipsius ecclesie in iamdicto loco muntoru; una ex ipse pecie est terra cum arbusto, ubi dicitur alle fosse; ipsa alia pecia in eodem loco que est terra cum abellanieto, et iam de ante os annos ipse pecie retinuit per brebi ad lavorandum da pars ipsius ecclesie roffrit filius maraldi, qui sine filium et filia mortuus est. Tali tinore, ut amodo et semper, natos nascentes, ad mea et de meis eredibus sint potestatis illut teneamus, qualiter ex omni parte coniuncte sunt ad finem ipsius ecclesie, foveas et omnis nostre utilitatis iusta ratione in ambe ipse pecie faciamus, et unde meruerit, ille clusem abeamus et salbem ille faciamus, et apto tempore illut laboremus, et, ubi meruerit, arbores et vites et abellanee Ibidem plantemus et propaginemus de vono vitineo et abellane, et sic illut totum

cultemus de super et de subter, sicut meruerit locis ipsis de vono arbusto et abellanietum, ut proficiant et non dispereant et per omnis annum bonum pareat lavoratum et cultatum. Et per omnis annum apto tempore tale ipse abellanee colligamus et seccemus, et per tempore de vindemie semper scire faciamus pars ipsius ecclesie sancti maximi, ut ibidem dirigat missum suum, et ego et meos eredes ipso arbustum bindemiemus et vinum ipsum ad palmentum procuremus, et de omnis vinum et abellane et pomis quod inde fecerimus, medietatem inde in pars ipsius ecclesie ibidem demus, tamen ipse abellane seccemus, reliqua medietas inde nobis abeamus. Sortem ipsius ecclesie de ipso vinum per omnes annos nos illut mittamus in organeo da vinum quod pars ipsius ecclesie nobis ibidem adsignaverit, et ipso organeum semper nos conciemus et studiemus bonum, et reponamus in nostra mansione, quam abemus in alia res ipsius ecclesie, et salbum ipso vinum faciamus, dum illut inde tulerit pars ipsius ecclesie absque degeneratione et ingne: missum ipsius ecclesie, dum per vindemie et pro ipsa frugia recipiendi ibidem steterit, nos illut nutriemus secundum nostram possivilitatem, et demus ei per omnes annos palmentatica, sicut consuetudo est per ipso locum; et de quod per annum in ipsa tradictione seminatum fuerit, demus inde terraticum, sicut consuetudo est. Et quale tempore ipsa res tenere et lavorare noluerimus, inclita suprascripta traditione bona lavorata remittamus in pars ipsius ecclesie, et nos liceat inde exire cum omnem nostrum mobilem et ire ubi boluerimus. De qua per combenientiam guadia michi ipse domnus abbas dedi et mediatorem michi posuit basso clericus filius quondam iohanni; et per ipsa guadia etc. *Statuta multa triginta auri solidorum constantinianorum.* Quam scripsi ego petrus notarius actum salerno.

† Ego Alferus nominatus diaconus archipresbiter et abbas.

† Ego petrus presbiter et primiclericus.

MXL.

A. D. 1044.

† In nomine domini vicesimo sexto anno principatus salerni domni nostri guaimari, et sexto anno principatus eius capue, et dux eius amalfi, et quinto [1]) anno ducatus eius surrentum, et tertio anno principatus domni nostri gisulfi eius filii, gloriosorum suprascri-

---

[1]) Lege: sexto.

ptorum eximii principi et ducis, et secundo anno ducatus illorum apulie et kalabrie, mense augustus, duodecima indictione. Memoratorium factum a nobis iohannes et guinicisi presbiter filii quondam potoni presbiteri, eo quod ante subscripti testes per combenientia tradidit nobis mari presbiter et abbas ecclesie sancte marie plebis nucerie, et qui retinet ecclesia vocabulum sancti atiutori qui est pertinentem ipsa ecclesia nostraque germani una pecia de terra cum arbustis et avellanietum quod ipsa ecclesia abet in locum nucerie, ubi at pucianu dicitur, que est per ec finis et mensurie iusto passu ominis mensuratas: ab occidente fine bia antika, inde passi sexaginta unum; et a meridie fine ipsius ecclesie, inde passi biginti quadtuor; ab oriente similiter fine ipsius ecclesie, passi quinquaginta quadtuor: de subter parte que est a sebtemtrionis, iterum similiter fine ipsius ecclesie, passi triginta quinque et medium. Inclitum illut per iamdicte finis et mensurie ipse abbas nobis at lavorandum tradidit cum omnia infra se abentes et cum bice de bia sua, tali ordine, ut amodo et omni tempore eos illut tenere et lavorare, pastenare, potare, propaginare, et ubi meruerit arbores et bites et abellane; et sic totum illut lavoremus de super et de subter, sicut locus ipse meruerit, ut in melius proficiant et non dispereant: tantum, ubi est ipso petraru et pastenare ibidem non potuerimus, non siamus exinde culpabiles, set soluti inde maneamus, et per tempore de bindemie faciamus nos et nostris eredibus scire ipse abbas vel partibus ipsius ecclesie, ut ibidem dirigat missum suum, et nos et nostris eredibus rationabiliter illut bindemiemus, et ipse abbellane colligamus et seckemus, et totum ipso binum et ipse abellane inter nos dividamus: nos tollamus medietatem, et ipso missum medietatem, faciendum per partes quod voluerimus. Et dum ibidem steterit ipso missum per tempore de bindemie pro ipso binum et ipse abellane recipiendum, nos illut nutricemus, sicut iustum fuerit; et quod ibidem seminaberimus, demus inde in partibus ipsius ecclesie terraticum secundum consuetudinem de ipso locum. Et quale tempore nos et nostris eredibus ipsa traditio in iamdicto ordine tenere noluerimus, aut non potuerimus, liceat nos et nostris eredibus inde exire cum omnis causa nostra mobilia, quod ibidem abuerimus, et iret cum illut ubi voluerimus, et ipsa tradictio lavorata et cultata bona et surta, qualiter superius diximus, remittamus at partibus ipsius ecclesie, faciendum quod voluerint. Unde pro taliter per combenientia pro pars ipsius ecclesie guadia nobis ipse abbas dedit et mediatorem nobis posuit exkempertus filius quondam iaquinti; et per ipsa guadia etc. *Statuta multa viginti auri solidorum constantinianorum*. berumtamen memoramus, et ipsa iamdicta ecclesia est nostrique germani pertinentes et de alii parentibus et consortibus nostris, quod scripsi ego petrus protonotarius.

† Ego qui supra mari presbiter et abbas

† Ego romoaldus.

MXLI.

A. D. 1044.

† In nomine domini vicesimo septimo anno principatus salerni domni nostri guaimari gloriosi principis, et septimo anno principatus eius capue et sexto anno ducatum illius amalfi et sirrentum, et quinto [1]) anno suprascriptorum principatum et ducatum domni gisulfi eximii principis et ducis eius filii, et secundo anno ducatus illorum apulie et calabrie, mense september, undecima [2]) indictione. memoratorium factum a nobis mulier nomine bisantia de locum nucerie filia quondam petri et relicta quondam petri filii sellicti et mirandus filius quondam alerisi et istius visantie, eo quod ante idoneis ominibus per combenientia had tenendum et laborandum tradidit nobis alferus diaconus et archipresbiter et abbas ecclesie sancti masimi, qui est unus de dominii ipsius ecclesie rebus pertinentem ipsius ecclesie sancti maximi, que est terra cum arbustis vitatis et abellanietum, seu pomis et alii arboribus uno teniente, quod pars ipsius ecclesie abet in locum nuceria, ubi proprio agella et puteo reiente dicitur, per as fines et mensuras: a parte septemtrionis fine via puplica, unde aqua decurrit que descendit da la forme, inde sunt passi nonaginta nobem; a pars orientis fine via et fine de eredes octunii, sicut media sepe discernit, inde sunt passi centum decem et nobem; de super a parte meridie fine sicut medio poiu discerni, sunt inde passi sexaginta unum et medium, et ab inde rebolbente in parte meridie per medio poiu, sunt inde passi septuaginta: iterum de super a meridie fine antiquitus via fuit, snde sunt passi quinquaginta sex: a parte occidentis abet passi nonaginta octo, et ab inde rebolbente in pars occidentis passi quadtuordecim, et ab inde rebolbente in pars septemtrionis et coniungente se ad ipsa via, unde ipsa aqua decurrit que est priore fine, abet inde passi eptuaginta octo, totum mensuratum ad iusto passum ominis per istas fines et mensuras parentes nostros et nos per alium brebem illut teneamus ad laborandum a pars ipsius ecclesie, sicut ipsi brebi sunt continentes quod per partes inde abemus et sicut vestrumque combenit per ipsum brebem illum ipse abbas nobis tradidit de ipsa rebus inclita sorti a pars mea, que fuit sortione ipsius petri virum ipsius bisantie et patrinum ipsius mirandi

[1]) Lege: *tertio.*

[2]) » *decimatertia.*

tali ordine, ut amodo et semper ad nostra et de nostris eredibus sint potestate illut tenendum et dominandum, fobee et omnes nostre utilitatis iusta ratione ibidem faciendum, et totis arbustis de ipsa traditione annualiter per abto tempore laboremus, et studiemus, et cultemus, et, ubi meruerit, arbores et bites ibidem propaginemus, et sic totum ipso arbustum annualiter lavoremus et studiemus de super et de subter, ut semper in melius proficiant et non dispereant, et bonum pared laboratum et cultatum, et totum ipso abellanietum qui est in ipsa tradictione, similiter annualiter studiemus et cultemus, ut semper in melius proficiant et non disperead, et bonum paread studiatum et cultatum, et circoitum ipsa traditione semper clusa abeamus, curam et bigilationem inde abeamus, et iusta ratione illut salbum abeamus, et per tempore de vindemie et de abellane colligendum scire faciamus ipsum abbatem et successores suos, vel pars ipsius ecclesie, ut ibi beniad, aut ibidem dirigad missum suum, et nos totis ipsis arbustis de ipsa traditione suis temporibus bindemiemus et binum ipsum ad palmentum procuremus, et omnes poma exinde aliorumque arborum fruges indeque et abellane exinde suo tempore colligamus, et ipse abellane sickemus, vel si castanee ibidem fuerint, et de omnes vinum et poma et abellane aliorumque arborum fruges indeque, quas inde exierit, inclita medietate ibique inde demus in pars ipsius ecclesie, et reliqua medietate nos abeamus per partes, faciendum quod boluerimus: tantum de ipso vinum ipsius ecclesie, oc inter nos stetit, usque quo nos.... tenent comitatum nucerie, sicut modo retinunt, deant nobis pars ipsius ecclesie organea da vinum ad casa nostra de ipso locum nucerie in ipsa rebus, ubi modo abitaberimus, et illis ipsa organea bona conciemus, et studiemus, et reponamus in ipsa casa nostra ipsa organea cum ipso vinum ipsius ecclesie, et faciamus annualiter illut salbum, donec pars ipsius ecclesie illut inde tollad absque degeneratione et ingne; et si dei fuerit bolumtas, ut normanni non .... in comitatum ipsa terra nuceria, sicut modo retinet, statim faciamus in ipsa predicta rebus ipsius ecclesie nos iamdicti mater et filius cum ipsi alii ominibus, qui de ipsa rebus tenuerit, casa bona clusa cum tabulis et coperta cum scandole bone, sicut meruerit, et semper clusa et coperta bona illam abeamus, et organea ipsius ecclesie cum ipso vinum, quod exierit de ipsa tradictione, semper ibi ponamus et abeamus salbum, sicut prediximus, annualiter, donec illut inde tollant et talis sit grande ipsa casa per nos ibi facta, ut cellarium de ipso binum reponere possamus ibi abere que de supradicta traditione exierit, etiam ut possant ibi alipergare [1]) ipse abbas quan-

---

[1]) alipergare; morari.

do illuc perrexerit, vel pars ipsius ecclesie cum ominibus et equis illorum, quod illis secum adduxerint, quam et faciamus ibi alio reditum propinquo ipso cellarium, et ponamus ibidem ominem bonum ad abitandum, qui cotidie ibi resideat et bigilet ipsa rebus, et salbum faciamus ipso vinum ipsius ecclesie annualiter, donec illut inde tollad, absque degeneratione et ingne; et quando pro annum ibidem benerint ipse abbas suisque successoribus, vel pars ipsius ecclesie pro ipso vinum et alia frudia indeque recipiendum vel pro aliqua necessitatem, nos illis nutriemus, sicut meruerit et nos fuerit possivilitatem, et quicquit pro annum ibi seminaberimus, totum illut nobis abeamus: tantum terraticum inde demus ibique ad area intus ipsa . . . . . missum ipsius ecclesie secundum consuetudo de ipso locum, et stetit, ut si partibus ipsius ecclesie quocumque tempore boluerit facere edificium infra iamdicta curte, potestatem abead pars ipsius ecclesie arcaturia ibi fodere et sedimen et . . . . ordine de ipsa molina ibi ponere et facere. . . . . . sine nostra contrarietate; et si boluerimus in ipsa corte facere fosarium da vinum curandum, potestatem abeamus, et iusto foseraticum inde demus ibique in pars ipsius ecclesie secundum consuetudo de ipso locum, et stetit ipso abbas vel pars ipsius ecclesie semper defensare nobis nostrisque eredibus inclita ipsa tertiam partem de ipsa traditione cum bice de via sua ab omnibus hominibus omnique partibus. preter, quale tempore illut tenere et laborare noluerimus, aut non potuerimus, inclita supradicta traditione per iamdictas fines et mensuras, quod est ipsa tertia pars laborata, et cultata, et operata de perfectis arbustis vitatis et pomis, et de perfecto abellanietum studiatum et cultatum, seu si aliis arboribus fructiferis, remittamus illut ad pars ipsius ecclesie cum ipso cellarium quod ibi facere stetit, clusum copertum, sicut meruerit, et cum palmentum quod ibi abuerit, qui sit copertum bonum, et etiam semper ipso palmentum copertum abeamus, donec nos ipsa rebus tenuerimus et tota organea et alia causa ipsius ecclesie quas ibi abuerimus, totum illut remittamus, in pars ipsius ecclesie, et licead nos et nostris eredibus et ipsum ominem quod ibi posuerimus ad defansandum et bigilandum, inde exire cum omnia nostra causa mobilia et pergamus ubi boluerimus. Unde in eo hordine per combenientia guadia nobis ipse abbas dedit et mediatorem nobis posuit basso clericus filius quondam iohanni; et per ipsa guadia etc. *Statuta multa viginti auri solidorum constantinianorum* quod scripsi ego petrus notarius.

† Ego alferus nominatus diaconus archipresbiter et abbas

† Ego ademarius notarius me subscripsi

† Ego ioannes me subscripsi

† Ego ioannes clericus.

MXLII.

A. D. 1044.

† In nomine domini domno constantino dibina gratia imperator augusto deo propitio tertio hanno imperii eius, mense hoctuber, tertiadecima indictione. Ideoque nos qui sumus nomine poto filii poterisi, qui sum commorantes intus cibitate luceria, quam et ego grimaldo filio iohanne qui sum habitantes intus cibitate sipontus, eo quod intus cibitate luceria coram presentia iohanne magnifico iudice et haliis nobiliores hominibus qui hic supter conscripti sunt, quia ex predicto radelpoto habeo ego poto una petia de binea maiore que iudicabit illum pro hanimam suam emisit illam in manus mea bindendi pro hanimam suam, quam et ego grimaldo retineo ipsa halia binea que fuit illius radelpoti tiano meo pererede illius, modo vero congruum et habtum esse bidetur in unum bendere hambabus ipse vinee et cum medio uno pastino de uno hanno in unum teniente in locum qui dicitur iusta ipso flubio perticata iusta ipsa bia dodealarino et que hisdicte binee pro nostris necessitatibus nobis in unum bendere congruum est et nostra congruitatem vel necessitatem exinde faceret. Sic nobis congruum et habtum esse bidetur, bona etenim nostra volumtatem unanimiter parique consensum per hanc enim quoque bidelicet cartulam coram presentia supradicti iudicis et haliorumque subscriptorum testium bindedimus ille tibi nominato lando imperialis trumarca de cibitate florentino habitantes, ipse iamdicte vinee, quas superius patefecimus nobis esse pertinentes, que habet fines ipsa binea maiore. De prima vero pars fine ei medio limite fine ipso pastino minori, inde sunt ad passum iustum mensuratum hominis mediocris persona passi triginta duo. De secunda pars fine et integrum ipso carbunario fine ipsa terra bacua, inde sunt passi triginta et medium. De tertia vero pars fine et medio ipso carbunario fine ipsa binea muscato filio zaliperto, inde sunt passi triginta. De quarta autem pars fine ipso flubio perticata, inde sunt passi triginta septe. Simul et ipso pastino minore qui habet fines. De prima vero pars quod est a medio limite fine ipsa binea maiore, inde sunt passi cum ipso medio pastinello quaddraginta sex. De secunda vero parte que dicitur a media fenestra, fine ipso medio pastino rotardi, inde sunt passi viginti hocto. De tertia vero parte que dicitur a fine de ipsa bia plubica, inde sunt passi quaddraginta sex. De quarta autem parte que dicitur a fine de ipso flubio perticata, inde sunt usque in ipsa aqua passi viginti quatuor. Inter iste namque finis et mensure que superius cernitur et legitur da fine in fine, quantum infra claustre sunt, ipse iamdi-

cte vinee, unde nec nobis neque had eredibus nostris, verum etiam neque ad nullum quempiam hominem ibi aliquit portio reserbabimus requirendi, set qualiter edificiate sunt ipse iamdicte vinee una cum mediis limitibus, et cum biis et handita sua, et cum legitima ingressa et regressa sua, cum vobis et carrum et una suis omnibus pertinentiis vindedimus ille tibi lando imperiali trumarca entori nostro possidendum. De quo pro constabiliscendam atque confirmandam tibi hanc nostram benditionem manifesti sumus, quod a presente recepimus a te nominato lando trumarca entori nostro infra hanbabus quindecim aurei solidi constantiniani boni scifati per caput, et uno tario; finitum dicimus aput nos receptum habere ipsum pretium, Ea scilicet ratione, ut hamodo et semper eadem nostram benditionem integram, sicut supra legitur, habere et possidere baleatis, et faciatis exinde que amodo tibi tuique heredibus placuerit, sine contraditione nostra et de nostris heredibus requisitione. Unde guadia tibi dedimus et mediatorem posuimus gilio filius rofrit; et obligamus nos etc. *Sequitur consueta formula, statuta multa quinquaginta auri solidorum constantinianorum.* Quem te adelferi notarius hanc cartam benditionis asscribere rogavimus qui et interfuit. Actum in civitate luceria indictione feliciter.

† Ego qui supra ioanne iudex

† Ego trupoaldo teste.

MXLIII.

A. D. 1045.

Summarium:

† Vicesimo septimo anno principatus Salerni domni Guaimarii, et sexto ([1] anno principatus Capuae, et quinto [2]) ducatus Amalphiae et Sirrenti, et tertio anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni Gisulfi filii eius, et secundo anno ducatus eorum Apuliae et Calabriae, mense Februario, duodecima indictione.

Sic incipit textus — Ideoque ego andrea filius quondam Sifanti, quam et ego mulier no-

---

[1]) Lege: *septimo.*

[2]) « *sexto.*

mine palomba filia quondam petri, Declaramus nos havere una pecia de terra cum aliquanta viniola et cum pomis et vacuum in locum pazzano . . . . . et est mihi andrea pertinentes da pars predictum genitorem meum seu per nostris rationis, In qua et ego nominata mulier profiteor me ibidem havere quartam partem michi emissam ab ipso viro meus alia die nostre copulationis. Et palamfacio, quia pro merentibus nostris peccatis pervenimus in mangna inopbia et a penurie famis nimium sumus oppressi et nullum consulum [1]) avemus, unde tempus famis hevadere possamus nos et . . . . *Quapropter ipsa mulier, obtenta licentia a Sergio Gastaldo et a variis parentibus suis iuxta legem alienandi suam quartam portionem, cum viro suo vendunt terram suprascriptam cuidam Ferrando filio quondam Sadenolfi, accepto pretio auri tarenorum* . . . . .

Finis textus: Et taliter scrivere rogamus te ademarius clericus et notarius per demandationem supradicti gastaldi.

† Signum manum supradicti sergii castaldei

† Ego radoaldus clericus

† Ego petrus.

MXLIV.

A. D. 1044.

† In nomine domini vicesimo septimo anno principatus salerni domni nostri guaimari, Et septimo anno principatus eius capue et [2]) ducatus eius amalfi et sirrentum, et tertio anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi eximii principis et ducis filii eius, quam et tertio anno ducatus eorum apulie et calabrie, mense martius, tertiadecima indictione. Memoratorium factum a me petrus presbiter et primicerius filius quondam iohanni, eo quod ante presentiam domnus alferus diaconus archipresbiter et abbas de ecclesia sancti maximi, que sita est intus anc salernitanam cibitatem per combenientiam per iussionem ipsius domni abbati, ibique adesse subscripti testes, tradidi ad tenendum et laboradum cicerum filium quondam petri lauretanum una pecia de terra cum arbustum et

---

[1]) *consulum:* consolationem.

[2]) Sexto anno ducatus amalfie et sirrenti.

pomis quam ego In beneficium retineo a pars ipsius ecclesie, et est rebus ipsa in locum airole ubi meiana dicitur, que est rebus ipsa per ec finis et mensurie. De super fine bia, inde sunt passi decem et septe: de alia pars fine medio limite discernit, inde sunt passi triginta nobe. Et ab inde rebolbente in parte septemtrionis per medio ipso limite usque in medio ballone rectum mensurati passi triginta nobem. Et per ipso ballone passi sexsaginta nobem, et de medio ipso ballone saliente et pergente per medio limite in parte meridie passi octuaginta duo et gubitum unum. A pars meridie fine poiu, inde passi biginti sex; et rebolbente in parte septemtrionis passi biginti unum et gubita dua. Et ab inde rebolbente quasi in pars orientis, sicut termiti ficti sunt, usque in ipsa bia passi septuaginta tres et gubita dua, mensuratum ad iusto passum ominum. Ec vero suprascripta pecia de terra per supradicte finis et mensurie inclitum illut per largietate ipsius domni abbati qui est unum de dominii ipsius ecclesie, ego ipsius ciceri tradidi tali ordine, ut amodo et semper, nato nascendo, ad sua et de suis eredibus esset potestatis illut tenere et laborare, fobee het omnis sue utilitatis iusta rationem ibi facere, Et amodo et semper ibi residere et abitare, et palmentum frabitum cum labellum frabitum ibi facere amodo et usque duobus annis, Et amodo et semper per annum ille et suos eredes arbustum ipsum suo tempore de super et de supter laborare, potare, propaginare, et ubi meruerit, arboribus et biti de bono bitineo ibidem plantare et surgere, et sic per annum totum illut laborare, ut per omnes annos bonum paread laboratum, quatenus in melius proficiant et non dispereant, Et unde meruerit, rebus ipsa cludere, et clusum et salbum illut abeant. Et per omnes annos ille et filis filiabus eius per tempus de bindemie faciant scire me vel pars ipsius ecclesie, ut ibi dirigamus missum nostrum, et ille et suos heredes per annum suprascripta nostra tradictio suo tempore vindemiare et poma, quando meruerit, colligere, et omnis binum exinde ibique ad palmentum et ipsa poma, quando meruerit, cum ipso missum nostrum dibidere per medietatem: missum vel pars ipsius ecclesie tollat illut medietate, et ipse cicerus medietate; ipsa nostra sortione de ipso binum reponant in domus indeque in organeum da binum que ei assingnabi per ipsum cicerum et per eius eredes; organeum ipsum siant bonum conciatum et studiatum et repositum intus ipsa casa, et ipsa nostra sortione de ipso binum ibi mictere et salbum nobis facere, dum illut inde tollere fecimus apsque degeneratione et ingne; et ubi ipso binum inde tollere fecerimus per annum, a presentis ipsa bucte sfeczare et labare bona, sicut meruerit; castanee et inserte et nuci qui per annum ibi sunt, colligere et seccare, et integra medietate mihi vel in pars ipsius ecclesie dare, et medietate sibi abere; et de quod per annum ibi seminaberit, iusto terraticum inde nobis vel in pars ipsius

ecclesie deant secundum consuetudo de ipso locum, et per annum palmentateca mihi vel in pars ipsius ecclesie deant, sicut est consuetudo: missum nostrum, dum pro ipse bindemie per annum ibi steterit, ille et suos eredes ipso missum nutrient secundum sua fuerit possibilitate, et ecum que ibi portaberit per bindemie, nutrire debeant, dum ibi steterit pro ipse bindemie ad palea et ordeum. Et omne anno potestatem abeamus rebus ipsa perquirere pro laborandum. Et quale tempore ipse cicerus et suos eredes suprascripta nostra tradictione tenere et laborare noluerit, aut non potuerit in supradicto ordine, integra suprascripta rebus bona laborata, et operata, et clusa, et salba, quale illo tempore meruerit, remictere ad mea vel de partibus ipsius ecclesie et ipsa bucte, et sic liceat illum et eius eredes inde exire cum omnia sua causa mobilia. De qua per combenientiam guadia mihi ipse cicerus dedi et mediatorem mihi posuit seipsum ; et per ipsa guadia obligavit se ipse cicerus et suos eredes, ut si taliter omnia suprascripta in pars ipsius ecclesie non adimpleberit et aliquit inde contradixerit, per ipsa guadia componere obligavit se ipse cicerus et suos eredes ad parte predicte ecclesie triginta auri solidos constantinianos. Verumtamen oc memoramus, quia ipsum palmentum ipse cicerus in ipsa rebus supra abire cum labellum suo amodo et usque per totum mensem agustum prius beniente, et ipsa rebus teneant ipse cicerus et filiis filiabus eius, nato nascente, tantummodo non alii omines per iamdicta guadia et obligatione, quod scripsi ego alderissi notarius.

† Ego iohannes qui supra presbiter et adbocator qui et subscribsi.

† Ego Ursus me subscripsi.

MXLV.

A. D. 1044.

† In nomine domini vicesimo septimo anno principatus salerni domni nostri guaimarii, ut septimo anno eius capue, het sexto anno ducatus illius amalfi et sirrentum, et tertio anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni nostri gisolfi eius filii, et tertio anno ducatus illorum apulie et calabrie, mense martius, tertiadecima indictione. Ideoque nos y sumus petrus et iaquintus et grimoaldus germani filii quondam iohanni cassubania, et ego mulier nomine gemma, que sum relicta supradicti iohanni, et qui sumus mater et filii, clarefacimus, quoniam a pars ipsius predicti iohanni nobis est pertinentes abere medietatem terra cum casa per circoitum fabrita, quod abemus intus castello firmamento

nucerie propinquo ecclesie sancti martini. Et Ideo, de sicut nobis congruum est, nostre vone voluntatis commune consensum per anc cartulam ante presentia petri iudici..... benumdedimus adque ad semper abendum confirmavimus tibi machenolfi filio quondam machenolfi inclita medietate ipsa terra cum casa de intus ipso castello, qualiter illam modo conciata et edificata est, et ipsa reliqua medietate ipsa terra cum casa est pertinentes petri lazzaru filio quondam petri qui est parentem nostrum; nam autem ipsa alia medietate, sicut diximus, tivi nominato machenolfi integrum benumdedimus cum omnia ntro se abentibus omnibusque suis pertinentiis; que abet finis ipsa terra cum casa a pars rientis fine . . . murum quod commune abemus cum eredes landoni: a pars septemtrionis fine media platea: a pars occidentis fine media strectola; a meridie fine abalsami. de suprascripta terra cum casa, qualiter circumdant, sicut diximus, nos predicti mater et filii inclita medietate tivi qui supra machenolfus benumdedimus cum bice de ipsa media strectola, et cum media ipsa platea, et cum medietatem ipso muro qui est a pars orientis, et cum totum ipso murum qui est ab ipsa pars meridie, et cum sericidia in suo decurrentem, et cum trasita et exita sua; unde de ipsa medietatem predicta terra cum casa nec nobis qui supra germani, nec quarta de uxoribus nostre, nec ad nostris eredibus vel in quavis partibus nullam exinde restitit nec dicimus inde remanere sortionem, set, sicut dictum est, inclitum illut tivi nominato machenolfi venumdedimus, at securiter et firmiter amodo et semper omni tempore tu tuique eredibus illut eos abendum, dominandum, possidendum, omnia inde faciendum quod volueritis, absque omni nostra, qui supra mater et filii, seu de ipse uxoribus nostre qui supra germani vel de nostris eredibus, aut a quacumque ominibus contrarietate vel requisitionem. Et pro confirmanda et stabiliscenda supradicta nostra vinditionem a presentis nos qui supra filii et mater in communiter recepimus a te nominatus machenolfus emtorem nostrum statutum pretium, idest aurei tari voni duodecim, sicut inter nos combenit in omnis deliveratione. Unde pro taliter per vona conbenientia nos qui supra petrus, iaquintus, grimoaldus, et ego nominata gemma una cum isti filii et qui sunt mundoalt mei et pro illorum bolumtate unaque cum illis guadia tivi nominato machenolfo dedimus, et mediatore tivi posuimus nos ipsis; et per ipsa guadia etc. *Sequitur consueta formula, statuta multa viginti auri solidorum constantinianorum.* Quam te henim truppoaldus clericus et notarius scribere rogavimus, actum nucerie.

† **Ego qui supra petrus.**

† **Ego romoaldus.**

MXLVI.

A. D. 1045.

† In nomine domini vicesimo septimo anno principatus Salerni domni Guaimari gloriosi principis, et septimo anno principatus eius capue et dux amalfi, et sexto anno ducatus illius surrentu, et quarto anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisolfi eius filii eximii principis et ducis, et tertio anno ducatus illorum apulie et calabrie, mense magius, tertiadecima indictione. Nos alfanus comes filius quondam petri comitis et mulier nomine sikelgaita filia quondam beringneri comitis et relicta quondam romoaldi comitis, et sumus thia et nepotes, clarefacimus quoniam nobis est pertinentes abere due pecie de terris bacibe in locum nuceria, una ubi dicitur ad durano, alia ubi dicitur ad birricelli; et congruum est nobis pro christi deo amore quam et pro mercedis anime nostre et de parentibus nostris integre ambo ipse pecie de terris offerire in altare de ecclesia nostra bocabulum sancti nicolai, que constructa est iusta muro de castello iamdicta nuceria. Et ideo, sicut nobis congruum est, bone nostre boluntatis per anc cartulam offeruimus et tradidimus in ipsa ecclesia ambo suprascripte pecie de terris cum omnibus intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis et cum bice de bie sue, semper siant de ipsa ecclesia, et semper rector predicta ecclesia ipsa rebus frudiare et de ipso frudium faciant omnia quod boluerit; et obligabimus nos et nostros eredes semper defendere ambo integre suprascripte pecie ad partem et rector predicta ecclesia cum bice de bie sue; et si taliter, qualiter supra legitur, non adimpleberimus et aliquit exinde remobere aut contradicere presumserimus, componere obligabimus nos iamdicti sikelgaita et alfano et nostris eredibus ad partem predicta ecclesia eiusque rectores triginta auri solidos constantinianos; et quando pars vel rector predicta ecclesia de suprascripta rebus per seipsis boluerit essere exinde defensores, potestatem abeant, qualiter boluerint cum tale monimen . . . . . . boluerit et non aliquando tempore ipsa rebus per qualecumque ratione ipsa rebus aut de ipsa rebus siat substractum, set semper siant de ipsa ecclesia. Et omnia suprascripta feci ego sikelgaita per boluntate de mundoalt mei, et taliter te romoaldum notarium scribere rogabimus.

† Ego grimoaldus me subscripsi

† Ego Petrus notarius me subscripsi.

MXLVII.

A. D. 1045.

Summarium

Vigesimo septimo anno principatus salerni Guaimarii etc. *ut supra.* Concessio terrarum in loco Felline et in loco Apusmonte et alibi facta in beneficium Porcarii clerici ab Adelferio archipresbitero et abbate ecclesie S. Maximi. Suprascriptum beneficium olim pertinebat ad Maraldum clericum et diaconum.

Finis textus — Et dua scriptora unius tenoris hunc quem ego retineo et alterum quod ipse polcarus retinet, te romoaldum notarium scrivere rogavi, ut dixi, istum quem ego pro parte ipsius ecclesie retineo.

† Ego iohannes

† Ego petrus notarius me subscripsi.

MXLVIII.

A. D. 1045.

† In nomine domini vicesimo septimo anno principatus salerni domni nostri guaimarii gloriosi principis, Et septimo anno principatus eius capue, et ducatus amalfis et sirrenti, et quarto anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi eius filii eximii principis et ducis, et tertio anno ducatus illorum apulie, et kalabrie, mense agustus, tertiadecima Indictione. Ante me ademari comes et iudex coniunti sunt in convenientia sergi filius quondam iohanni et cennamus filius quondam ioannis, Et per ipsum sergi ostensa est una cartula divisionis continentem. In nomine domini vicesimo quarto anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis mense nobember, Undecima Indictione. Memoratorium factum a me leo filio quondam ildemanni, eo quod ante presentiam petri iudici et subscripti testes coniuntus sum cum mulieribus nomine viba que est uxor nicolai, et purpura que fuit relicta iohanni, et sunt amboque sororibus nepotes mee filie quondam deusdedi qui fuit germanus meus, una cum ipsa viba adesset nicola viro suo et cum

ipsa porpora adesset cennamo filius suus propter ad dividendum inter nos rebus nostra, quam comune habemus in locum strectola in monte a super aecclesia sancti felici, quem ad ipse sorori est pertinentem de rebus ipsa a pa rte supradicti deusdedi genitori suo . . . . prius ego nominatus leo . . . . . et inclita terra cum vinea et vacuum qui est suptus et coniunctum cum via que pergit ad iobi, et fecit exinde due sortis. Una sorte a pars meridie et alia in pars septemptionis, et ipsa sortione da meridie per hec finis et mensurie. Inter ambo ipse sortis, qualiter termiti ficti sunt, da ipsa via da iobi abiente rectum in pars orientis usque fine nostra comune, ubi complunt passi octuaginta sex: a pars orientis circa ipso comune per latitudo passi triginta: a pars meridie fine similiter comune, abiente in pars occidentis per termiti et coniungente in ipsa via sunt passi sexaginta quinque: a pars occidentis fine ipsa via, inde sunt per latitudo passi viginti octo. Et pro cognita causa mensuravimus de ipsa via abiente circa ipso comune usque unum termite passi viginti quadtuor; et de ipso termite abiente et revolvente in pars septemtrionis, sicut discernit media sepe, sunt passi quinquaginta, Et da inde revolbente quasi in pars septemtrionis circa illut qui fuit stefani maio, passi octo et gubito unu. Et de inde rectum revolbente in pars orientis passi viginti octo. Et a pars orientis per latitudo passi viginti quadtuor. Et inter ambo ipse sortis, qualiter ipsi termiti ficti sunt usque ipsa via longitudo ipsa octuaginta sex passi; Seu et alie due sortis feci esse de alia una petia de terra cum vinea deserta, que est a super et coniuntum cum ipsa via, una sorte in pars orientis et alia in pars occidentis per hec mensurie. Ipsa sortione da oriente inter ambo ipse sortis, qualiter termiti ficti sunt, sunt passi quadraginta sex . . . . circa fine comune passi viginti quadtuor, et da inde revolvente circa ipso comune aliquantum in pars orientis passi octo, et da inde rectum revolbente similiter in pars orientis passi decem, et da inde iterum revolbente et coniungente in ipsa via passi duodecim; a pars orientis fine ipsa via, inde sunt per ipsa via, qualiter revolbit, passi quadraginta unum et gubita dua. Et ipsa sortione da pars occidentis per hec finis et mensurie: de pede fine ipsa via, inde passi quadtuordecim: a pars occidentis sicut termiti et sepe discernit: de super fine ipso comune, inde sunt per latitudo paucum a super ipsa binea deserta passi quindecim. Et inter ipse sortis passi quadraginta. Et ipse nicola pro vice de ipsa uxore et cognata sua dividit aliquantum de ipso comune, que est terra et coniungit cum ipse sortibus de ipsa vinea deserta que est cum silva. Et dividit eos da capite de ipse sortionibus de ipsa vinea deserta, quomodo se ascendunt unusquisque sortionibus de ipsa vinea usque termiti quos ibidem fiximus, una sorte in pars orientis coniunta ad ipsa via et alia a pars occidentis, ud sic ascendant ambe ipse sortionibus, usque ipsi termiti, quali-

ter retinunt ipse sortionibus de ipsa vinea deserta. Tamen et ipsa sortione da occidente coniunta est ad alia via, que est de super capite et da ipsi termiti. Et da complete ipse sortionibus in pars septemtrionis que quanta quantaque rebus nobis ibi est pertinentes in partibus occidentis et in pars septemtrionis usque via que ascendit ad ipso sassu, et a pars orientis coniunta cum ipsa priore via. Ideo oc totum ego nominatus leo dividi illut et feci exinde due sortis, una sorte a pars septemtrionis coniunta ad ipsa via in ipso sassu, et alia sortione da pars meridie coniunta ad supradicte sortionibus et ad ipsi termiti. Ipsa sortione da pars septemtrionis per hec finis et mensurie: a pars orientis fine ipsa via da iobi, inde sunt per latitudo usque ipsa via que ascendit ad ipso sassu, passi quinquaginta sex; longitudo est, qualiter rectum vadit da ipsa via da iobi in partibus occidentis per ipsi termiti, qui inter ambo ipse sortis flcti sunt et usque ipsa via de super. Et ipsa sortione da meridie per hec finis et mensuria: per latitudo in medium da termite in termite usque ipsa sortione da septemptrione passi viginti unum. Et circa ipsa via de iobi per latitudo passi triginta et gubitum unum, et a pars occidentis coniuncta ad ipsa via, et est ibidem per latitudo circa ipsa via que est de super pars, passi decem et octo; longitudo vero da ipsa via de iobi rectum usque ipsa via que est de super; tota omnis suprascripta mensura mensuratum ad passum illum qui signatum est in columnea marmorea de ecclesia sancti mathei de archiepiscopio salernitano. Unde prius ipse mulieribus cum predicto viro et filio suo in sortem compreenserunt de ipsa priore terra cum vinea et vacuum, que est a subtus et coniunta cum ipsa via da iobi tota et inclita ipsa sortione da pars septemtrionis per supradicte finis et mensurie. Et ego compreensi in sortem ipsa alia sortione que est a pars meridie per supradicte finis et mensurie. Seu et similiter compenserunt in sortem de ipsa terra cum vinea deserta tota et inclita ipsa sortione da pars occidentis per supradicte finis et mensurie. Et ego in sortem compreensi tota et inclita ipsa ratione da pars orientis et de ipsa alia rebus cum silba ibique coniunta, qualiter ipsa mea sortione percurrit de ipsa vinea deserta usque ipsi termiti: similiter compreensi tota et inclita ipsa sortione da oriente coniunta cum ipsa via da iobi. Et illis exinde in sortem compreenserunt ipsa sortione da occidente, qualiter similiter retinunt, da capite de ipse illorum sortionibus da ipsa vinea deserta et usque ipsi termiti. Seu et in sortem illis compreenserunt de ipso aliut da ipsi termiti in super, ipsa sortione da meridie que coniunta est ad supradicte sortionibus per supradicte finis et mensurie; Et ego in sorte compreensi tota et inclita ipsa sortione, que est a parte septemtrionis per supradicte finis et mensurie. Hec supradicte sortis, qualiter superius dicte sunt, Inter nos ille compreensimus et tradidimus cum omnia intro se habentibus et suis pertinentiis, et cum vice

de vie sue, ad securiter et firmiter pars partium nos et nostris heredibus omni tempore unusquisque seu sortionibus abendum, faciendum exinde unusquisque de sua sortione quod voluerit, et per nullis modis queramus illut inter nos removere aut contrare. Et si illut removere aut contrare quesierimus, vel si super sortis ipso malo hordine ire presumserimus, per bona convenientia obligabit se illa pars, qui eos removere aut contrare quesierint, ad componendum ad illa pars que in suprascripta divisione permanserit, et ad eius heredes, quinquaginta aurei solidos constantinianos, et in suprascripta permanere et omnia adimplere, sicut superius legitur: tantum de supradicte sortionibus, quod superius in sortem compreenserunt ipse sororibus, sceptuamus exinde quartam mulieri nomine blacta genitrice istarum sororibus que fuit uxor supradicti deusdedi, quod per firma cartula paratam habeo da ipsa blacta, sicut ipsa mea cartula continet. In eo hordine, ud ipse sororibus plicaret se cum sua ratione, et ego cum mea ratione, et secundum legem de ipsa quarta parte predicte blacte de rebus supradicti deusdedi viri sui exinde finem facere. Unde de omnia suprascripta inter nos adimplendum per bona convenientia guadia demus inter nos, exinde ipse mulieribus posuerunt inde michi mediatores petrus filius quondam iohanni qui vocavit fastiju, et petrus filius quondam ursandi. Et ego similiter ambo ipsi petrus posuit earum mediatorem. Et unc brebem scripsi ego ademari notarius qui interfui. Verumtamen homnia suprascripta ipse mulieribus fecerunt, ipsa viba una cum ipso viro suo, in cuius mundium se dicebat esse, et ipsa porpora una cum ipso filio suo, in cuius mundium se dicebat esse. Et ego superius dictus ademari notarius subiunsit. Ego qui supra petrus iudex. Ego cicerus notarius me subscripsi. Ego iohannes notarius me subscripsi. Cum autem cartula ipsa lecta fuit, sicut convenit, inter ipsum sergii et ipsum cennamum, dixerunt amboque, ud ipsa cartula divisionis in omnibus que continet, veracem esset, et nullam inde contradiceret, et per eadem convenientia guadia dedit ipse cennamus ipsius sergii et fideiussorem ei posuit seipsum. Et per ipsa guadia obligavit se ipse cennamus et suos heredes, ud si aliquando tempore ille vel suos heredes contradicere aliquit de quantum continet ipsa cartula divisionis et in omnia que continet, firmiter non permanserit, per ipsam guadiam componere obligabit se et suos heredes ad ipsum sergi et ad eius heredes, seu cui scriptum iste in manum paruerit, quinquaginta auri solidos constantinianos, et omni tempore firmiter permanere in suprascripta divisione, que tota superius declarata est; et ubi est disturvatum legit deusdedi et in . . . virgulas legit mea. Et taliter pro parte ipsius sergii Te truppoaldum notarium scribere precepi.

† Ego qui supra ademarius iudex.

MXLIX.

A. D. 1045.

† In nomine domini vicesimo septimo anno principatus salerni domni nostri guaimarii gloriosi principis, et septimo anno principatus eius capue, et sexto [1]) anno ducatus illius amalfis et sirrentum, et tertio [2]) anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi eius filii eximii principis et ducis, et secundo anno ducatus illorum apulie et calabrie [3]), mense augustu, tertiadecima indictione. Memoratorium factum a me martinus monachus, eo quod ante presentia ademari comiti et iudici per convenientiam quam et per iussionem domni iohanni venerabili abbati monasterii sancte sofie, quod constructum est intus hanc salernitanam civitatem, una cum iohannes clericus . . . . . . monasterii ad laborandum tradidimus iohanni liber homo filio colopetri et abitatore de loco caput aquis intus rebus pertinentem ipsius monasterii, vel in locum ragittum ad sanctum. . . . . ad laborandum ei tradidimus pro parte suprascripti monasterii integram ipsa rebus pertinentem de suprascripto monasterio de eodem loco, qualiter in ipsum monasterium est pertinentem per cartulam assertionis a parte eiusdem . . . . confirmatam babet in ipsum monasterium, et omni tempore ipse iohannes et filios et heredes suos in ipsa rebus debeat residere et abitare cum omni causa sua, et tota ipsa rebus annualiter apto tempore laborare ipse iohannes hordinatus predicti monasterii et suos filios et eredes maneant sub defensionem suprascripti monasterii, et non abeat alium seniorem nisi ipsum domnus abbas et successores suos, et pars predicti monasterii et eiusque rectores, et non abeat potestatem exire de ipsa rebus ad abitandum sine licentiam et apsolutione ipsius domni abbatis et de eius successores. Unde in eo tinore per convenientia guadia nobis dedi ipse iohannes pro parte exdicti monasterii et fideiussorem nobis posuit seipsum; et per ipsam guadiam etc. *Statuta multa quinquaginta auri solidorum constantinianorum.* Quod scripsi ego iohannes scriba qui interfui.

† Ego qui supra ademari iudex.

---

[1]) Lege: *septimo.*

[2]) *quarto.*

[3]) Tertio anno ducatus calabrie.

ML.

A. D. 1045.

† In nomine domini nostri ihesu christi et salvatoris nostri tertio [1]) anno imperii domno constantino monomacho, mense september, quartadecima indictione. Ideoque ego alefando filius magni ex civitate melfi, Qualiter intus in predicta civitate ante presentia vonorum hominum subterscriptorum testium, Conbenientibus inter me et mel notarius et sifando fratribus meis, et coniunximus nos pars conbenientie bone, et tam bices suas quam et bice iohanne fratrem nostrum dibiserunt ipse olibe de loco balene, et ipse olibe de contrariis, et ego autem dibidi tote ipse binee de castello rubo; et statim vero ante ipsos testes per fustum quem et hanc kartulam dibisionis, tam bices suas quam et bice iohanne patrem nostrum, tradiderunt michi in sorte de ipse olibe de loco balene, sicut ipse signaide posite sunt, a pars orientis et ipsa sortione nostra: a meridie sunt olibe filii sandi: ab occidente pergit bia publica: a septemtrionem vero sunt olibe leo et filii riso; et tradiderunt michi in sorte de ipso ensetito ipsa sortione a pars orientis, sicut ipse signaide posite sunt, primus parte ab oriente sortione filii risi: a meridie et occidente sunt ipse sortionibus vestre: a septemtrionem sunt olibe leo de berno; quam et tradiderunt michi in sorte de ipse olibe de loco turris, uno arbore qui stat super ipsa casa et duo trofe de casete qui stare bidetur in ipsa terra de ipsi columbi, et uno arbore de ipse olibe de isabro, qui stat contra occidente cum ipso arbore de olibe qui stat in ipso limite de terra sancte marie; similiter autem tradiderunt michi in sorte de ipse binee de castello rubo urdini triginta: prima parte de ipsa bia sunt urdini . . . . . urso consobrinum nostrum: a meridie sunt binee cocci armeni: ab occidente sunt ipsi sex hurdini vestri: a septemtrionem sunt urdini filii iohanni catuare et vinea ursi. In talem ordinem dederunt michi in sortem iamdicti triginta urdini, ut dum tenuerint ipse sororibus nostre ipsa media binea de ipsa sortionem quod vobis in sortem benit, sicut brebe eorum continet, ut ego autem bas restauram in ipsa sortionem meam, quantum ibi bobis ad restaurare pertinet, postea autem eveniad in mea potestate vel de meis heredibus trasactibe, ut supra legitur. Pro quibus autem bone sue boluntatibus ipsi qui supra mel notarius et sifandi fra-

---

[1]) Potius: *anno quarto* a die XI Iunii.

tribus meis per supradicta conbenientia, quod inter nos stetit atque conbenit, tam bices suas quam et bice iohanne fratrem nostrum, guadia michi dederunt, et mediatorem posuerunt supradictum urso consobrinum nostrum; tinore quidem, ut si quoque atbenientis tempore ipsis et eorum heredes, michi vel ad meis heredibus, sortionem istam dirrumpere vel commobere boluerint et de nostra potestate tollere vel contrare, vel si aliter illum dibidere boluerint, aut mensura traere et adequate ponere, et per legem et causationes inde miserint vel compellere fecerint, biginti solidi aurei pena per supradicta guadia nobis componere illi se obligaberunt, et alii biginti in . . . . et in antea sortionibus iste stabilis manead inter nos omni tempore inbitis. Et in eo tinore ipse qui supra nominatus mediator nostrum tribuit se michi meisque heredibus se suosque heredum licentiam pignerandi per omnia suarum causas et pignerandi legitima et inlegitima sine appellatione et calumpnia. Et hunc brebem Rogabimus scribere te leo subdiaconus et notarius in predicta cibitate. Actum mense et indictione nominata.

† Ego benedicto diaconus

† Ego delecterio teste

† Ego passaro teste

† Ego urso teste.

MLI.

A. D. 1045.

† In nomine domini vicesimo hoctabo anno principatus salerni domni nostri guaimarii glorioso principe, et hoctabo anno principatus eius capue, et [1]) ducatus illius amalfi et sirrentum, et quarto anno suprascriptorum principatus et ducatus domni gisulfi eius filii eximii principi et duci, et tertio anno ducatus illorum apulea et calabria, mense hoctuber, quarta Indictione. memoratorium factum a me iohannes venerabilis abbas ex monasterii sancte sofie, quem a nobo fundamine construxit quondam guaiferi filius idem guaiferii comitis in rebus sua intus cibes salerni, eo quod ante subscripti testes per conbenien-

[1]) anno septimo ducatus amalfie et sirrenti.

tia bice ipsius monasterii, quam et pro vice gemme relicta supradicti guaiferii et filia quondam guaimarii comitis, tradidit amale filio quondam dumnelli et falconi cognato suo quondam iohanni grecum una pecia de terra cum arbustum qui est in locum sianu finibus de apusmonte, que est per as fines et mensuras: de ex omni parte fine ipsius monasterii et ipsius gemme: a parte occidentis sunt inde passi viginti unum: a septemtrioni sunt inde passi triginta duo: a parte meridie inde sunt passi centum tredecim, totum mensuratum ad iusto passum hominis. de predicta pecia de terra cum arbustum tradidit ego predictus abbas ipsorum iamdicti amati et falconi inclita sortione predicti monasterii cum inclita sortione exinde pertinente ipsius nominate gemme in oc ordine, ut amodo et semper tota et inclita supradicta est tradictio, natos nascentes, per iamdicte finis et mensurie vel illorum et ad eorum eredes sint potestatem tenere et dominare, et fovee et omnis illorum utilitatis iusta ratione ibi facere, sicut meruerit, et ubi meruerit, per circuitum illut cludere et semper clusum abere, et ibidem illis residere et abitare, et apto tempore illut de super et de subtus laborare et cultare bonum, et ubi meruerit, arbores et bites ibidem plantare et propaginare, sicut meruerit, ut per omnes annos bonum pareat laboratum et cultatum de super et de subtus tota ipsa supradicta tradictio, quatenus proficiant et non dispereant et salbum illut faciant, sicut decet; et per tempum de bindemie, quando meruerit, illis et illorum eredes faciant scire pars ipsius monasterii et predicta gemme, ut ibidem dirigat missum suum, et illis et eorum eredes supradicta tradictione rationabiliter vindemiare et ibique ad palmentum precurare, et omnis binum quod inde exierit, per medietatem dividant; missum predicti monasterii et predicte gemme tollat inde medietatem, et illis et eorum eredes tollat reliqua medietatem; poma si abuerint, medietatem nobis inde deant, et medietatem exinde illis abeant, et ipsa medietate de ipso bino sortione ipsius monasterii et predicte gemme illis et eius eredes illut portare salba ad cellarium, quod pars ipsius monasterii et predicte gemma habuerit in predicto locum, et mittat eos intus ipso horganeu qui per omnes annos per illis fuerint bonum conciatum et studiatum, sicut meruerit; et ipsum missum, qui per partes pro ipsa vindemia bigilandum ibidem steterint, illis eum nutricaret secundum suam possivilitatem, et palmentatica ei deant, sicut iustum fuerit. Et de quod ibi seminant, deant inde terraticum ad ipsum missum, qui per partes ibi steterint, secundum consuetudinem de ipso locum. Et quale tempore illis et illorum eredes suprascripta tradictione in iamdicto hordine tenere et laborare non boluerimus aut non potuerimus, inclitum illut laboratum et clusum, qualis meruerit, remidta had pars predicti nostri monasterii et ad pars exdicte gemme, faciendum inde omnia quod voluerint. Et liceat illis inde exire cum omni causa sua mobi-

lia, et iret cum illut ubi voluerint. de qua per convenientia guadia mihi predicto iohanni abbati ipsi amatus et falcus dederunt, et mediatores nobis vice ipsius monasterii et de predicta gemme posuerunt se' ipsis; et per ipsa guadia etc: *Statuta multa viginti auri solidorum constantinianorum*. Quod scripsi ego petrus presbiter et notarius.

† Ego iohannes presbiter.

MLII.

A. D. 1045.

† In nomine domini Vicesimo hoctabo anno principatus salerni domni nostri guaimarii gloriosi principis, et octabo anno principatus eius capue, et septimo anno ducatus illius amalfis et sirrenti, quam et quarto anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi eius filii eximii principis et ducis, et tertio anno ducatus illorum apulie et calabrie, mense december, quartadecima indictione. Nos lando comes palatio filius quondam desidei comitis, et disideus et iohanne comites palatii germani et filii quondam iaquinti, qui fuit comes palatio, et lando comes filius quondam disidei comitis, Eo quod ante subscripti testes per convenientia tradidimus lazzari clerico filio quondam petri clerici ecclesia nostra pertinente vocabula sancte marie et sancti nicolai, que constructa est in rebus nostra ulter flubio siler in locum, ubi mercatellu dicitur. Ideo inclita ipsa aecclesia cum porticum et casa que ibi est, et cum omnes causa pertinentia ipsius ecclesie, et cum animalibus et mobilia ipsius aecclesie ipsius lazzari clerico tradidimus ad tenendum et regendum et guberbandum, que est ipsa animalia et mobilia nominative liber comite anni circulu unum, manuale unum, orationale unum et antifonaria dua, unum de die et alium de nocte, homilie due, una maiore et alia minore, gestaru unum de circuitum anni qui est dua bolumina, et ssalteria dua, unum monachile et abet aliqua pars de cantum et imnora, et calice et patena de argento, et alio calice et patena de stagnum, cortine due, planete due, una castanea et alia de binum, horale unum de purpure et alio de seta cum lecte et de lime tres cum lecte, ammictora dua, panni serici, africazzani du de altare, gicfati dui cum lecte, manuli de siricu dui, et una sindone serico et auro, et alia sindone de linu, undecim autem petres, altare andantele unum, et iumente duodecim, et pullistri de oc anno quadtuor, et bacce maiori septem, paria de bobi unum, squilla una,

cocta una, nos autem omnes supradicti animali et predictum mobile cum omnes alia causa pertinente ipsius aecclesie et cum rebus predicte ecclesie ipsius lazzari tradidimus cum ipsa aecclesia ad tenendum et gubernandum, et fovee et omnes sue utilitatis iusta ratione inde et ibidem faciendum diebus vite sue, et liceat illum homines in ipsa rebus mittere et ad abitandum et laborandum quanti et quomodo voluerit, et annualiter apto tempore faciat laborare et operare ipsa rebus, sicut meruerit, ud semper bona pareat studiata et laborata, et omni tempore abeant ibidem unum presbiter qui officiet cum eum in ipsa ecclesia, sicut meruerit officiare ecclesia a foras civitate, et si boluerit ibidem monachos midtere, liceat eum, et quanta offerta et botatione et sepultura, vel qualibet causa mobile in ipsa ecclesia intraberit, Totum sit ad potestatem ipsius lazzaru, faciendum inde quod voluerit. Tantum si intraberit in ipsa ecclesia animalia viva vel qualibet causa que sit ad ornamentum ipsius ecclesie, semper illut abeat ad regendum et gubernandum illut, sicut ipsa alia rebus predicte ecclesie. Tantum per omnes annum pro censum de ipsa ecclesia deant nobis, vel ad nostros, heredes, aut dirigant intus ec causa de domi nostre in nativitas domini et in resurrectio domini tribus paria de oblate et tres cerea de gubita per unusquisque festivitate, et omnes victum et vinum quod de ipsa rebus predicte aecclesie abere potuerit et poma, Totum illut sivi abeant, dum vibus fuerit. Tantum, ubi nos comparamus terra cum vinea, de viginti solidi in ipsa ecclesia deant inde ad tres presbiteros exinde ana decem et sarme de vinum, ud officient in ipsa aecclesia: de animalibus qui aput eum fuerint nate, tollant ad suam proprietatem unam tertiam partem relique due sortis gubernent ad opus ipsius aecclesie: bobi pro laborandum, si necessum fuerit, Tollat de commune de ipsa animalia, et caballum pro caballicandum similiter de commune tollant pastori qui curam abent de ipsa animalia de communi parigent et vestimenta exinde deant: similiter porci et capre de ipsa aecclesia in supradicto hordine abeant, et quantum casum de bacce et de ipse capre fecerint, abeant sivi, faciendum quod voluerint, et potestatem abeant de ipsi porci per annum midtere ad manum propigne; et quando fuerit necessum pro laborem de ipsa rebus de ipsa ecclesia, liceat tollere de ipsi porci et de ipse capre pro manducandum ad ipsum laborem; et quando necessum fuerit coperire ipsa ecclesia et ipsum porticum, ipse faciat illut coperire, sicut meruerit. A die hobitus ipsius lazzari inclita suprascripta traditione iusta ratione salba cum aliut quod, deo adiubante, ibi accreberit, ad nostram vel de nostris heredibus perveniat potestatem, et ipse lazzarus vel eius heredes totum illut nobis salbum assignet, ud iustum fuerit; et ipse et hominisuis qui ibi miserit, liceat inde exire cum causa illorum mobilia, quod iustum fuerit, et ire ubi voluerit, asque omni nostra vel de nostris heredibus contrarietate. Tantum de supra-

dicte oblate adducant mihi qui supra landoni parium unum et cereum unum, pro qua mihi pertinet tertiam partem de ipsa ecclesia, et mihi qui supra disidei et iohanni germanis alium parium de ipse oblate, et unum de ipsa cerea ipso pertinet . . . . similiter tertiam partem de ipsa ecclesia, et mihi qui supra landoni filio suprascripti disidei adducant alium parium de ipse oblate et unum de ipsa cerea pro qua et mihi pertinet aliam tertiam partem de ipsa ecclesia. Unde in eo tinore per convenientia guadia nobis prenominatis dedi ipse lazzarus et mediator nobis posui lando comes filius quondam landolfi comitis; et per ipsam guadiam etc: *Statuta multa quinquaginta auri solidorum constantinianorum*. Quod scripsi ego iohannes scriba.

† Ego petrus notarius me subscribsi.

† Ego petrus notarius me subscripsi.

MLIII.

A. D. 1045.

† In nomine domini bicesimo octabo anno principatus salerni domni nostri guaimari gloriosi principis, et octabo anno principatus eius capue etiam et [1]) ducatus eius amalfi et sirrenti, et quarto anno ducatus eius domni gisolfi eius filii eximii principis, mense decemver, quartadecima indictione. Ideoque ego grimoaldo filius madelmi qui sum commorantes de castello laurine, quoniam declaratus sum aberet rebus commune cum lando filio balsami, et iamdicta terra est in locum ubi corneto dicitur; et congruum nobis est ona etenim nostra voluntate in simul per hanc cartulam dividere in tertios iamdicta rebus, qui statim perreximus de super ipsa rebus cum bonis hominibus qui supterscripti sunt, et sicut inter nos convenit, dividimus iamdicta rebus, qui statim recepit predictus lando sua sortio in partibus orientis, et nos grimoaldo recepimus in partibus occidentis per hec finis. A pars orientis fine godelferi presbiter filii iohanni presbiteri et consorti eius, et descendit in fine predicti lando, sicut termiti conficti sunt; a pede fine nicola

---

[1]) Septimo ducatus amalfi et sirrenti.

filii ligori et consorti eius, sicut limite decernit, et abiente per fine illorum et fine in ribo bibum qui est in partibus occidentis, et ascendente ribo ipso et exiente de iamdicto ribum et abiet in fine rugati filii iaquinti, et da fine ipsa ascendit in fine iohanne filii iohanni et consorti eius, et abiente per fine illorum usque badit in fine godelferi presbiter, que est prima fine; quam et recepit predictus lando una pecia de terra in locum ubi..... dicitur, qui statim per fustem de manu nos predictus lando remisimus tibi predicti grimoaldi, sicut scriptio ipsa continet cum proprie finis et bice de via sua, cum transita et exita sua, et cum omnia pertinentia intro se abentibus vestre sit potestati. Unde nec nobis qui supra nominato lando, neque at nostris heredibus, neque at nullus quempiam hominem nichil dicimus alicui portionem reserbare; set pro confirmandam et staviliscendam hanc nostra divisio guadia nos predicti lando tibi iamdicto grimoaldo dedimus, et mediatorem tibi posuimus urso filio mundi presbiteri; quod si aliquando tempore cartula ista divisionis disrumpere aut remobere voluerimus, vel si aliqua fortia vel virtute in vestra sortione facere quesierimus per qualivet modis vel ingenio, aut quodcumque calumnie vel causatio vobis exinde emittere quesierimus, tunc per ipsa guadia et mediatorem obligaimus nos et nostris heredibus tibi amdicto grimoaldo quam et ad vestris heredibus at componendum auri solidi constantiniani viginti, et unusquisque in sua maneat sortio, et omnia que superius legitur, per invitis vobis omnia atimpleamus per iamdicta guadia et obligata pena, et ipse mediator tribuit omnia et pignerandum legitima et inlegitima. Et hanc cartulam divisionis scripsi et interfui ego silberamo presbiter et notarius.

† Ego cetano.

† Ego iohanne.

MLIV.

A. D. 1045.

† In nomine domini Vicesimo octabo anno principatus salerni domni nostri Guaimarii gloriosi principi, Et octabo anno principatus eius Capue, Et septimo anno ducatus illius Amalfi et Sirrenti, Et quarto anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi eximii principis et ducis filii eius, Et tertio anno ducatus illorum Apulie et Calabrie, mense decembri, quartadecima Indictione. Ante me Iohanne Iudicem godeni comitis filius

quondam Alegari coniunctus est in Conventum cum leone monacho et sacerdote preposito monasterii sancte et individue trinitatis quod constructum est infra mitilianenses fines, cui nunc domnus Adelferius memorabilis abbas preest, pro cuius absolutione ipse leo omniaque in hoc cartula scripta et scrivenda sunt fuit. Et clarificavit ipse godeni se habere res in loco nucerie et sunt per fine et vocabula et pertinentes ipsius locis. Et clarificabit se habere de octo partibus tres partes de una pecia de terra cum arbusto ubi scripta est, et est tota ipsa pecia per fines et mensuras. A pars septemtrionis fine via et passi centum octo. A pars occidentis passi centum. A pars meridie passi quindecim, et ascendente mensurate in ipsam partem meridie passi triginta sex usque in mediam serram, et descendente per mediam ipsam serram passi viginti sex, et descendente in partem orientis passi nonaginta sex, et descendente in partem orientis passi nonaginta sex, et descendente in partem orientis passi nonaginta sex, et descendente in partem septemtrionis passi centum viginti duo et dixit se habere de octo partibus tres partes de una pecia de terra que dicitur ad portia, est ut ipsa pecia cum insiteto per has fines: de tribus partibus est fine, sicut medii vallones discernunt, et de quarta parte, sicut maria discernunt. Et dixit se habere de sedecim partibus tres partes, de una pecia de terra cum castaneto, ubi torella dicitur, et est per has fines et mensuras: A parte orientis fine, sicut media sepes et limes discernunt, et iuxta ipsam sepem mensurati passi triginta. A meridie fine via et passi ducenti octoginta. A parte occidentis fine, sicut medii vallones et sepes discernunt, et per ipsam finem passi viginti quattuor. A parte septemtrionis passi ducenti octoginta. Et dixit se habere de triginta duabus partibus tres partes de una pecia de terra cum insiteto ubi ad plaia dicitur, que est per has fines et mensuras. A parte orientis fine media serra, et per ipsam serram mensurati passi ducenti duodecim. Et descendente mensurati iuxta ipsam peciam, in qua cripta est, passi triginta sex. Et revolvente in partem occidentis passi quadraginta nobem. Et revolvente in partem meridie passi duodecim, et revolvente in partem occidentis passi centum viginti. Et revolvente in partibus meridie passi centum sedecim. Et dixit se habere de triginta duabus partibus tres partes de una pecia de terra in qua placarie dicuntur, que ibi coniunta est. Et dixit se habere de octo partibus tres partes de una pecia de terra, ubi campum de are et proprie . . . . dicitur, que habet has fines et mensuras. A parte meridie fine suprascripta via et passi viginti quattuor et medius. A parte occidentis passi quadraginta duo, et revolvente mensurati in parte orientis passi quinque. Et revolvente in partem septemtrionis passi quadraginta unus. Et revolvente in parte occidentis passi duodecim. Et revolvente in parte meridie passi triginta sex. Et revolvente in ipsam partem occidentis passi nobem et me-

dius. Et revolvente in ipsam partem meridie passi viginti quinque. Et revolvente in ipsam partem occidentis passi septuaginta quinque. Et revolvente in ipsam partem orientis passi sedecim. Et revolvente in ipsam partem meridie passi triginta. Et revolvente in ipsam partem orientis passi triginta sex. Et revolvente in ipsam partem septemtrionis passi triginta et cubitum unum. Et revolvente in ipsam partem orientis passi triginta duo. Et revolvente in ipsam partem septemtrionis passi viginti. Et revolvente in ipsam partem orientis passi quinquaginta octo est et cubitum unum. Et revolvente in ipsam partem meridie passi triginta sex et cubitum unum. Et revolvente in ipsam partem meridie passi octoginta duo. Et dixit se habere de octo partibus tres partes de una pecia de terra ibidem propinqua ubi longola dicitur, que est per has fines et mensuras. A parte occidentis passi quadraginta tres. A parte orientis sunt passi decem. Et revolvente mensurati in partem septemtrionis passi centum. A parte orientis fine via et passi nobem. A parte meridie sunt passi centum quadraginta octo et medius et revolvente in partem occidentis passi viginti duo. Et dixit se habere de sedecim partibus tres partes de una pecia de terra ibidem propinqua per fines et mensuras. A parte orientis sunt passi quinquaginta tres. A parte septemtrionis est fine via et passi decem et nobem. A parte occidentis sunt passi quadraginta nobem. A parte meridie passi decem et octo et cubitum unum. Et dixit se habere de octo partibus tres partes de una pecia de terra cum arbusto, ubi ad murtulam dicitur, que est per longitudinem passi quadraginta tres; et per latitudinem passi decem et septem. Et dixit se habere de octo partibus tres partes de una pecia de terra, ubi gauiusi dicitur, que est per latitudinem passi decem et septem et per longitudinem quinquaginta octo passi. Et clarificavit se habere de octo partibus tres partes de una pecia de terra ubi ad pacem dicitur, que est per longitudinem passi sexaginta octo et per latitudinem passi viginti. Et dixit se habere de triginta duabus partibus tres partes de rebus que sunt in suprascripto loco, ubi catuata dicitur, que sunt per fines. A parte septemtrionis, sicut media sepes discernit. A parte meridie fine, sicut via discernit. Et dixit se habere de triginta duabus partibus tres partes de una pecia de terra, que a parte septemtrionis ad suprascriptam viam coniuncta est, et a parte meridie est fine media sepes. Et dixit se habere de octo partibus tres partes de una pecia de terra ubi dicitur lupinale, que est per has fines et mensuras. A parte septemtrionis sunt passi viginti octo. A parte orientis passi viginti. Et revolvente mensurati in partem occidentis passi decem. Et revolvente in partem meridie passi undecim. Et revolvente in partem occidentis passi quattuordecim. Et revolvente in partem occidentis passi quattuordecim. Et revolvente in partem septemtrionis passi triginta duo. Et dixit se habere de sedecim par-

